



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

II. An certo Deus cognoscat futura contingentia conditionata secundum se.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

imò & formaliter sint, erit conditio, & conditionatum idem, ac si diceretur: *Si Petrus existat, existet*, quod scientiis inutile, imò nugatorium est.

5. Prima etiam verissima est: quia impossibilitas est negatio necessaria, ut diximus, optimè explicata per hanc conditionalem: *Si impossibile existat, existet duplex contradictorium*: non quia duplex contradictorium in impossibilitate contineatur formaliter (ut male idem Recentiores cum aliis censent) sed quia, cum impossibilitas sit negatio à se, seu necessaria existentie impossibilis, atque in hypothese ponatur eius existentia, inferitur bene exitum contradictorium duplex, alterum negativum quod essentia sua imbibitum habet impossibile; alterum positivum existentie eius, quod ponitur in hypothese. Cum ergo nullo alio modo explicari aptius rerum possibilitatis possit, quam per oppositum impossibilitatis, cui contradicit, in sensu conditionato bene explicatur per conditionatum illum sensum horum Recentiorum: *si existat Petrus, non existet duplex contradictorium*; huc non existet simul ipsa, eiusque negatio. Ut simul existeret, si existeret chimæra: & tamen hoc totum conditionatum obiectum verum esse, ac proinde à Deo cognosci certissimum est; sed tamen neque hic est ipsissimus possibilitatis, seu creaturæ possibilis, qua talis conceptus (sicuti neque oppositæ conditionalis conceptus essentia impossibilitatis) sed quid illum consequens, ut vidimus, neque sensus iste ita realis est, ut à Recentioribus asseritur, atque, ut oporteret ad satisfaciendum difficultati. Nam status conditionalis nihil ponit in esse; sed potius ab esse absoluto abstrahit æque, atque possibilitas: quare de non existentibus verificatur, solumque mente nostra conceptus est: quia status conditionalis nihil magis in esse ponit, quam possibilitatis præcise status: cum hypothesis non ponatur; sed mente solum supponatur: maxime cum hypothesis, seu conditio idem ipsum est cum eo, quod sub ea fore dicitur, ut in presenti.

6. Solum ergo veritatem habent propositiones in materia necessaria in statu, & sensu obiectivo, qui quidem rationis, & fictus non est, licet realis actualis obiectorum non sit: quia absque mentis fictione esse reuera possunt, quæ ita concipiuntur: ac proinde non solum per rationem, sicuti fragmenta rationis, quæ esse nequeunt, habent esse: Nullo quippe cogitante, essent, sicut repræsentantur modo, quandoque existerent. Unde, licet illud esse per rationem, seu à ratione, ut iam explici, sit, ens tamen rationis non est. Est autem illud esse obiectivum, non quidem à ratione, seu cognitione prædicatis illis ex parte obiecti superadditum, ut nuper dicebamus, sed sola extrinseca denominatio cognitorum, subiectique, & prædicati terminis, seu prædicato, & subiecto materialibus propositionis illius ab ipsa cognitione, & iudicio obueniens: quod quid ex his, quæ experimento constanti didicimus plurius, quæ in rebus generis, specieve eiusdem existentibus, identice convenientium novimus, iure habetur. Inde enim ex parte saltem obiecti ab eorum existentie statu præcindendo (quia contingens est, ut diximus, ac proinde scientiis inutile) necessaria entium prædicata cognoscimus, quæ scientiis necessaria sunt, indeque prædicamenta rerum ordinamus, quidditates, siue essentias earum statuimus, dividimusque. Quæ in re multæ sunt supra rerum, & prædicatorum cognitiones, reflexi conceptus, & cognitiones: imò verò frequenter plura rationis fragmenta, sine quibus vix ea prædicata metaphysica (quæ quidem, ut diximus, non ficta) concipi à nobis pro hoc statu minime valent. Unde non omnino insipienter dicebat Murciani Recentiores possibilitatem, & existentiam entia rationis esse docuerint.

7. Quod si eorum prædicatorum essentialium species propriæ vndeque à nobis haberentur, quibus ea ab existentia exercita præcindendo in seipsis cognoscere mus, sine ullo vtiq; fragmentorum rationis iuvamine perciperemus. Cum autem ea Deus perfectius nostris intuitionibus videat, rectè de eis prædicatis, non solum apprehensionem, sed & iudicium, sine vlla fictione, & falsitate concipit: sicque iudicat Petrum possibilem, seu ens ab alio, ut ab statu existentie exercitæ (quæ reuera non nisi in individuis est) præcindat. Item esse animal: esse rationale: illo enim esse, seu copula est, non existentia exercita (à qua, ut diximus, eiusmodi propositiones ut necessarie & scientiæ sine abstrahere debent) sed connexio metaphy-

sica identitatis prædicati cum subiecto cognito, & è contra importatur (quæ verè, ac sine vlla intrinseca ipsius fictione est; licet à nobis cum fictione etiam obiectiva cognoscatur) non autem tempus, quod solum in propositionibus contingentibus copula earum significat. Ex quibus ut interminis propositæ difficultati satisficiam, respondeo entitatem, seu ens physicum creatum, cuiusque physicæ veritatem nominis etiam physicæ existentem, & contingentem esse, ex quibus res in statu possibilitatis, siue puræ, siue præcise non sunt; aut entis, & veri, siue entitatis, & veritatis necessariæ metaphysicæ, quæ quævisque fictæ rationem (quæ solum scientiis ex vlu esse potest, ut diximus) possibilibus, reliquisque prædicatis convenire, ut ab existentia exercita abstrahentibus: ac proinde à Deo verè, & sine vlla fictione, falsitateve cognosci secundum se absolute posse: & similiter veritates illas conditionatas essentiali possibilitatis creatæ conceptum metaphysicè consequentes.



QVÆSTIO II.

An Deus certo cognoscat futura contingentia conditionata secundum se?

ECVNDVS ordine maioris vniuersalitatis à possibilitate status, mediisque inter illam, & absolutam rerum existentiam, & futuritionem, est status futuritionis conditionatæ earum, ac proinde an secundum eam etiam statum à Deo cognoscatur examinandum secundo loco venit. In qua questione plura ab aliis disputari video, quæ simul disputata confusione lectoribus offendunt, neque huius loci sunt propria: quale est illud, an futura contingentia conditionata cognoscantur in se, an in alio: in qua adhuc tres questiones latent: An scilicet in alio tanquam ponente, & afferente statum conditionatæ futuritionis rerum contingentium: quod est cognosci in alio, tanquam in medio materiali an in alio tanquam in medio formalis: scilicet, ducente Deum ad eius futuritionis vndeque posite, cognitionem. Rursus: an in alio tanquam indeterminatio aut verificatio diuinæ cognitionis: Quæ omnia ex aliis, atque aliis principiis definienda sunt: ac proinde seorsim siue locis disputanda, ut debita claritate, & methodo discurratur. Hoc igitur loco, reliquis questionibus abstrahentes, solum examinamus: an futura contingentia conditionata secundum se, & conditionatæ futuritionis statum à Deo cognoscantur? Oportet autem primo, ut materia disputationis propria ab aliis, quæ ad eam non pertinent, segregata innoscat, rigide eam à reliquis in primis discernere.

CERTAMEN I.

Questionis materia propria, & pura statuitur.

1. Futura conditionata contingentia in presentem questionem vocamus, non conditionata quævis obiecta contingentia absolute in essendo, sed solum quæ contingentia sunt in ordine ad causas, seu condiciones, sub quibus futuræ sunt, seu enuntiantur, si illæ apponerentur: quia hypothesis causarum illarum, sub quibus, si apponerentur eiusmodi contingentia essent, non ita oppositum futuri illius excludunt, ut ad illud loco futuri apponendum ab eiusmodi causis absolutam potestatem, & libertatem, quare & futurorum contingentiam excludant. In hoc quidem nemo Theologorum Catholicorum discordat. Certum enim apud omnes Doctores Catholicos est futurum liberum contingens, & in quouis statu, siue absolute, siue conditionatæ futuritionis libere, & contingenter à suis causis prodire: ac proinde, progredi ab eis cum earum potestate, siue in sensu composito, siue diuiso ad non agendum,

agendum, siue ad agendum oppositum: alioqui libertas actuum humanorum cum Calvinistis hæreticè negabitur. Quomodo autem eorum libertas, (quam Dominicani patres cum reliquis Catholicis defendunt) cum ipsorum principis præfinitionibus, & prædeterminationibus stare possit, ipsi viderint, nolque, cum quibus ea dære lis est antiqua, suis locis controneis sequentibus videbimus. De his ergo solum conditionis futuris contingentibus respectu suarum causarum, & conditionum, sub quibus, si ex adessent, & illa apponerentur, & forent, præiens est examinanda difficultas.

2. Alia sunt conditionata suis conditionibus causis que non contingunt, & libera vt: *si sit homo, erit animal, vel erit rationale, vel erit animal rationale, aut risibile*, quæ conditionibus suis, metaphysicè adhuc, contingunt non sunt, & similia alia in ordine physico, vt *si sol lucet, vel noster emispherio adsit, erit dies: vel si ignis debet applicari passo capaci, erit in passo calor*, quæ physice contingunt suis physicis causis non sunt: nec aliam veritatem, nec statum à possibilitate diuersum constituunt. Item enim earum propositionum obiectum, licet aliis vocibus significatum, est, atque harum: *Homo est animal, & rationale: ignis est calefactus de se, & sol est illuminatus*, quæ omnium sententia in materia necessarii, & essentialium prædicatorum suis subiectis sunt: ac prout quæ nullatenus existunt, & futuritionis statum vili ex parte obiecti diuersum concernant: sed rebus quæ possibilibus, & secundum essentiam suam metaphysicè competunt. Dixi autem futura conditionata ordinis physici suis causis, & conditionibus in ordine physico contingunt non esse, de causis, & conditionibus eorum creatis solummodo, & naturaliter loquendo. Si enim Deus earum exigentia absoluta potentia non annuat, neque earum actualitatem sua potentia compleat, & iuuat, physice continguntia absolute erunt: non quidem respectu earum, cum determinate causæ sint, nec possint suum contrarium ex parte sui cohibere, aut in oppositum diuertere: sed respectu Dei, qui vtique pro sua potestate, & arbitrio præstat potest: vel respectu Dei futura, physice etiam continguntia conditionata debent cessare.

3. Quoniam vero, vt ex nuper dictis constat, alia sunt continguntia futura, quæ respectu Dei continguntia sunt, & libera, non vero causis creatis: alia vero causis etiam creatis sunt & libera, & continguntia, quia causæ liberæ in actu primo sunt, ac non necessariæ, vt patet in creatis omnibus voluntariis tam Angelicis, quam humanis. Aduertendum est, in hac quæstione solum agi de futuris contingentibus conditionatis respectu causarum creatarum, non autem respectu increatae causæ, scilicet Dei. Huiusmodi sunt primo effectus omnes causarum necessariorum, & naturalium cum creatis omnibus requisitis tantummodo in hypothese positarum, absque decreto diuino concurrenti cum ipsis, vel secus. Posito enim etiam decreto, concurrenti, vel posito decreto non concurrenti cum illis in hypothese, futurum, cuius negatio contingens conditionate non erit: neque statum futuritionis conditionatæ diuersum ab statu possibilitatis alterutrum habebit, vt patet ex dictis num. 2. sunt etiam libera, & continguntia respectu Dei, cum omnes suæ voluntatis actus, tum etiam eorum partem omissiones, si hæc in voluntate diuina admitti queant, de quo controu. de voluntate disputabimus, in præsentem autem de contingentibus conditionatis respectu Dei non quaerimus, quia aliorum Doctorum sententiæ aliam de his, ac de contingentibus conditionatis respectu causarum creatarum quæstionem esse voluerunt: quare de eis q. 3. agemus.

4. Eodem etiam iure ab hac q. relegantur futura conditionata, quæ disparata vocantur, & quibus est vulgare illud: *regulus cantauerit, Turca conuertitur*: quia, licet veritatem cum independentem à decreto, tum dependentem à decreto actuali habere possint, ac proinde à Deo cognosci, tamen neutro modo ad statum conditionatæ futuritionis absolute habent. Et enim veritas eorum independentem à decreto actuali Dei (quam late probat Ruiz d. 69. vel 78. de scient. sect. 5. num. 21. appendicis contra Vazquez t. 1. p. d. 67. c. 3. nu. 17. Lessium de efficac. gra. c. 19. nu. 3. Arrubalem d. 45. c. 4. Alarcon. 1. p. tract. 2. d. 2,

num. 7. & 8. & alios) solum est veritas coexistentia absoluta, seu concomitantia existendo vtriusque extremi, quæ quidem ad statum futuritionis absolute spectat, tantundemque iudicium nota conditionali valet, concipit, & significat, atque hoc *galli cantus, & conuersio Turca coexistent absolute*, vel vt minimum *quidquid existerit tempore, quo est aliud, & video absolute existurum existet illi*, quæ veritas necessaria est non minus quam reliqua in essentiali materia constituta, vt Petrum esse rationalem, vel possibilem: quia existens non coexistere existenti est impossibile, & ei coexistere est necesse. Si autem ultra coexistentiam extremorum necessitas existentia vtrius extremi positi in hypothese, vt verumque coexistat, significetur (vt significari vere posse, certum omnino contra præfatos etiam Doctores, & contra Soar. lib. 2. de scient. coning. c. 6. num. 4. c. 7. num. 5. & 13. Fonseca t. 3. met. lib. 6. c. 2. quæst. 4. sect. 10. Curielem lib. 1. controu. 7. a. 3. n. 162. Ruiz d. 78. c. 2. & alios) veritas tamen illa obiectiua, & significata ad statum possibilitatis, & necessariæ veritatis omnino pertinet, non autem ad statum medium conditionatæ futuritionis. Solum enim est veritas necessitatis existentia futuritionis. Solum existant duo: quæ quidem veritas necessitatem physicam, & metaphysicam continet, & quæ in vtroque ordine contingentiam omnem excludat: non minus, quam essentialia omnes propositiones, quarum copula, vt superius diximus, ab existentia absoluta, & tempore omnino præscindit.

5. Sin vero disparata hæc futura conditionata, eorumque veritas dependenter à decreto Dei de positione vnius ad positionem alterius considerentur, vt considerari necessario debent in illo 4. Reg. 13. Elia ad Ioas Regem Israel: *si percussisses syriam usque ad consumationem: & in illo Elia ad Eliseum 4. Reg. 2. Si videris me, quando tollar à te, erit tibi, quod petis*, et quibus similibus: quæ sanè iam disparata formaliter non sunt inter se: quando quidem è Dei decreto alterius ad alterum, nec solum ad vtriusque coexistentiam conducentiam & minimum habent: ad quam suapte natura opus non est, vt conditionis, seu hypothese conditionati, siue antecedentis, & consequentis materialiter solum disparatæ se habentium, imo neque alterius ex ipsis absoluta existentia supponatur, ac videatur: vt in prædictione rei recitata constat, in qua, nec conditio antecedens, nec conditionatum, seu consequens vtriusque extrinsece absolute: sed solum prædictum vnum apponendum, si alterum apponeretur. Conducentia autem hæc moralis conditionis de se disparata in conditionatum ex Dei decreto vel esse potest ex decreto actuali Dei de ponende vno ad positionem, siue ex hypothese, quod apponatur aliud, vt omnes supponunt, siue ex decreto omnino conditionato tam ex parte actus, quam obiecti, vt bene docet Alarcon supra c. 10. cum aliis: quia, vt vnum sub conditione alterius sit, opus non est, vt aliquod eius principium, seu conditio absolute existentia eius absolute apponatur: sed satis est, vt ponatur suspense, & in hypothese solum: imo, vt conditionate promittatur, opus non est actuali illo decreto apponendi conditionatum, si ponatur conditio: sed sufficit decretum promittendi, & iuxta varias sententias se obligandi ad decretum concipiendum de appositione conditionati. Apponatur conditio.

6. Quod si decretum actuale, conditionatum tamen, ex parte obiecti, vel absolute promissum decreti, & conditionati de se disparati, si ponatur conditio de se etiam disparata, huic moralæ conducentiam tribuant, veritas eius conditionati, non ad statum, & veritatem obiectiuam mediam conditionatæ contingentis futuritionis (de qua hic) sed ad veritatem necessariam propriamque possibilem, & reliquorum, quæ in materia necessaria sunt, prius spectat. Si quidem decreto, & promissioni Dei, quod decretum, promissum vel est apponi, atque adimpleri nullatenus, adhuc respectu Dei, contingens in vilo statu esse potest, cum ex fidelitate, tum ex infirmitate, & immutabilitate diuina. Possent autem ea futura conditionata sub disparata de se conditione absque vilo decreto, aut promissione actualibus Dei esse, eo præcise quod Deus pro libito ad positionem eius conditionis esset euentum illum decreturus. Et tunc quidem conditionatum illud contingens esset, sed respectu Dei, quod posset

Ec 3 id

ad promittere, ac reuelare Prophetis supra recitatis. Etenim tunc ita libere sub ea hypothefi se decretorum, & actuum sciret, ut quæst. 3. ostendimus, quod satis erat, ut serio promitteret, & vere reuelaret. Sed tamen licet verum statum medium futuritatis contingentis conditionate conditionatum illud de se disparatum ex decreto Dei haberet, quia tamen ratione, & comparatione creatæ contingentiam, & libertatem illius status non habet; sed solum respectu Dei (cui soli liberum est in ea hypothefi decretum, à quo sub ea hypothefi conditionatum poneretur) de eius cognitione à Deo cum cæterorum decretorum conditionatorum cognitione simul, semelque agitur.

7. Video in aliquibus ex his conditionatis de se disparatis, ac non disparatis ratione decreti sub ea conditione de se disparata libere concipiendi aliqua esse per libera causas, creatas etiam, neque à solo Deo, exequendas: in quibus futura alia conditionata contingentia, & libera creatis causis, & conditionibus suis necessario intercedunt: & que generali questionis præsentis decisione continebuntur: quandoquidem, ut diximus tota hæc questio vniuersim de creatis omnibus futuris conditionatis contingentibus, & liberis respectu causarum, & conditionum creatorum sub quibus, si apponerentur, forent, verfat. Voluimus autem (quia ad hæc ab aliis, quæ futura conditionata vocibus sonant, discernenda de disparatis conditionatis, earumque veritate aliquid prænotare oportebat) ita exacte disparatorum conditionatorum naturam, & veritatem euoluere, ut iterum examinandum non esset quæstionibus aliis apud alios non magno operæ pretio profusus, an hæc à Deo, an etiam per scientiam, quam vocamus mediam, cognoscantur: constat enim ex dictis quouis ex declaratis modo veritatem obiectiuam in se habere, ac proinde secundum se à Deo cognoscibilem, cognitamque eius omniscientia esse. Item nonnulli in modo postremo declarato n. 6. ad scientiam vere, & strictè conditionatam, & mediam pertinere posse; si hæc, ut ostendimus, ad futura contingentia, & libera conditionata respectu Dei cognoscenda extendatur.

CERTAMEN II.

Negatiua in re presenti sententia Recentiorum Thomistarum primorum scientiæ mediæ impugnatorum fuit.

1. Sententia negans Deo scientiam contingentium sub conditione futurorum secundum se, & intrinsecam eorum obiectiuam veritatem, sed solum coniecturalem, & probabilis prudentis eorum scientiam in Deo admittens, fuit omnium non admodum recentiorum Thomistarum, qui scilicet primo apud sanctæ Inquisitionis Tribunalia: deinde apud sedem Apostolicam Molinam nostrum scientiæ eorum exscriptura, Patribus, & principibus theologicis efflorem accusarunt. Sententiam hanc typis primus mandauit Thomista Hyeronimianus Cabeza 3. p. q. 1. a. 3. d. 1. §. 2. a. num. 380. Ledefma Dominicanus d. 2. de scientia futurorum contingentium dif. 2. concl. 5. fol. 590. affirmantem oppositam sibi improbabilem dicens. Neque aliud potuit docere, qui omnem viam cognoscendi eiusmodi futura secundum se Deo à principiis propriis, & Thomisticis præcluserat: fol. siquidem 574. col. 2. §. Primus modus negat contingens futurum cognosci à Deo in suis causis proximis. Quod autem futura contingentia conditionata in præsentia æternitatis cognoscat, nec ipse, nec Thomista villos admittit. Omnia enim huius generis futura eodem modo, ac via eadem in eorum sententia cognoscuntur. In eorum autem pluribus, quæ scilicet absolute nunquam erunt, fueruntque, ea præsentia æternitatis non adest: quare neque in ea poterunt à Deo cognosci. Sed neque in decreto conditionato ex parte obiecti, & absolute ex parte actus, quod impugnatur, & interius ineptum esse ait fol. 582. & cum Vazquez d. 67. c. 4. num. 21. & Soario lib. de scientia conditionata c. 7.

n. 9. eius decreti impugnatoribus) refellit. Vltima denique eorum contingentiam à Deo cognoscendorum (non in seipsis, ut contendimus contra Thomistas) via est in decreto prædeterminatio omnino conditionata tam ex parte actus, quam obiecti: & hoc modo non Thomistæ recentiores fecerunt eorum sententiam in Deo à Ledefma contra ipsos admitti, ac minime ab eo admittam fateretur Hyeronimus Viues Dominicanus d. 19. na. 9. apud nostrum Matthiam Borull, in defensione scient. med. d. 4. sect. 1. num. 238.

2. Eidem negatiuæ sententiæ subscripsit Balchazar Nauarrere Dominicanus 1. p. q. 14. a. 14. controu. 56. §. 2. concl. 6. & §. 3. prope finem omnem eorum scientiam formalem Deo negans, solumque virtualem admittens. Quia in re, licet quid amplius, quam Thomistæ reliqui negasse videatur, me tamen iudicet, id ipsum, quod alij nec quidquam amplius negat, scilicet probabiliter, quæ in conditionibus est, ad ea quæ sub illis forent, coniectanda, formaliter à Deo cognosci, non ipsa futura; quia solum respectu absolute futurorum est in Deo actualitate decretum, in quo cognosci ab ipso queant, ut §. 3. citato docet circa futura conditionata: *At vero nihil proprium certum, ex quo colligere possimus determinationem conditionatam*, inquit ille: eamque eius probabilitatis cognitionem, & scientiam Dei formalem virtualem futurorum illorum scientiam esse: quia eius obiecti scientia est: ex quo (ni Dei perfectioni, atque in cognoscendo infallibilitati, & certitudini aduersaretur) coniecturaliter futura illa acutius, meliusque nobis cognoscere: quod ipsum reliquos Thomistas docuisse, dum Deo scientiam coniecturalem, falsitatisque obnoxiam, & dubitatis comitem tribuerunt, primum, & vrbatum erit æstimare. Nunnus item Cabeza 3. p. post q. 62. & solut. ad 12. contingentium conditionatorum scientiam Deo negat, atque in 1. yris, & Sidonis meliorem solum dispositionem, quam Corozotis & Bethlamitis ad conuersionem sub eisdem signis à Deo cognitam, ait Ripa Dominicanus etiam 1. p. q. 14. a. 13. conditionatorum contingentium scientiam absolute, ac sine vlla limitatione Deo negauit: quin decreti absolute ex parte actus, & conditionati ex parte obiecti meminere, sicuti nec Cabeza, eandem sententiam probabilem esse docet Curiel lib. 1. controu. 7. a. 1. nu. 37.

3. Sed præter hæc testimonia veteriorum Thomistarum, qui primi hæc de re typis scripta euulgarunt, reliqui ætatis illius in eadem fuere sententia, ipsi Thomistæ recentioribus. Ledefma siquidem citatus post recitatam fol. 574. editionis Salm. anno 1611. nostrorum, (quos alienos ab schola diui Thomæ ait) scientiam decreta Dei cognitione eiusmodi futurorum, negatiuam oppositam refert fol. 579. col. 2. subditque: *Hanc sententiam sequuntur omnes discipuli D. Thomæ, qui hac tempestate interpretantur illum, & omnes, qui sequuntur eius doctrinam in materia de auxiliis diuinæ gratiæ*. Franciscus Zamel è iuratis pene Thomistis 1. variat. disput. in 1. p. dub. 5. ita scribit: *Alij theologi putauerunt, Deum non cognoscere futura conditionata: quia cum talis futuritudo non sit vera, neque reponenda condicio illo tempore, otiosa esset, & impertinens cognitio illorum futurorum: & post pauca: Vnde nonnulli theologi hæc difficultate pressi dixerunt scientiam, quam scriptura insinuat, Deum habere de his futuris, solum esse coniecturalem quandam cognitionem, in qua sententia veniunt enumerandi omnes illi, qui censent in Deo vnicam præcisè esse rationem cognoscendi certo futura contingentia, nimirum realem præsentiam eorum in mensura æternitatis*. Qui autem ita sentientes, nisi Thomistæ sunt? & de Nauarrere quidem testatur Ioannes Gonzalez Albella Dominicanus d. 44. sect. 2. na. 12. & conditionatorum contingentium scientiam formalem, & decreta absolute ex parte actus circa illa negasse. Id ipsum de Thomistis testatur curius Discaleceus Theologus Salmantinus 1. p. tract. 3. dicens: *Prima sententia asserit, quod iuxta Scripturam Sacram Deus non cognoscit prædicta certitudine futura contingentia conditionata, de quibus loquimur. Ita Ledefma & alij ex iunioribus Thomistis*.

4. Hæc omnia fusius solito recitauit, ut appareat, quo iure primus dixerit de se, suisque Dominicanis Mattheo Rispoli 1. de auxil. concl. 1. *Auerte nos cum aduersariis conuenire, Deum habere perfectam scientiam futurorum conditionum*.

conditionatorum. Secundo Ioannes à S. Thoma Dominicus, i. i. p. d. 20. ar. 1. conuenitur, quod nostri abique vilo fundamento tubicent de Thomistis antiquis triumphum, quasi testimonis, & rationibus suis negantes Deo contingentium conditionatorum scientiam conuenirent, ab eaque sententia scholæ Thomistica succellentes de-
 cernerent adeo, vt licet alio diuertere sint compulsi (ne omnino in nostra viderentur castra transire, manusque inimicis victoribus dare) scilicet ad eam quæstionem: an ea contingentia cognoscantur à Deo in decreto abso-
 luto ex parte actus, & conditionato ex parte obiecti: Cum quæ illa, imò nulla vniquam dubitatio inueniatur, aut fuerit Dominicus cum testibus controuersia de hoc pun-
 di: an Deus simpliciter cognoscit ista obiecta condi-
 tionata futura? sed an Deus cognoscit illa certo, & infal-
 libiter ante decretum suum: idque ex thesi verique ad
 disputandum proposita Romæ à Clemente Papa 8. itacim
 probat. Sed historiam huius authoris, & simulum dispu-
 tationum harum Romæ habitatum apocrypham, & fal-
 sam decreto addito declarat Innocentius Papa Deci-
 mus. Nec multum authoritatis historis suis conciliat,
 qui in re presentia recitatur suorum Magistrorum typis
 etiam, & publice oculorum vixit data testimonia cæco,
 & obliuio inficiatur: imò & cum veritate, & cum seip-
 so pugnat. Eodem quippe loco pag. 111. faretur, aliquos
 ex Thomistis (è non admodum scilicet recentibus) de-
 creta absoluta ex parte actus, & conditionata ex parte ob-
 iecti eia pluram, quæ ad hanc prouidentiam non spectant,
 futura conditionata non admittit: sine quibus concordia
 Thomistarum sententia, vt idem statuit, eorum scientia
 in Deo esse non potuit. Et neque hic, (scilicet decreta
 eiusmodi circa ea conditionata, quæ ad præsentem Dei
 prouidentiam spectant) ita esse illis certum, quin possint
 aliqua scriptura loca exponi in sensu probabili sine tali-
 bus decretis. Teste igitur ipso Thomistæ illi scientiam
 probabilem solum, seu coniecturalem eorum contingen-
 tium, vel (vt vrbanius loquar) probabilitatis eorum in
 Deo admittunt: vnde a. 2. pag. 620. ait: Recedimus
 tamen ab his Thomistis, qui reuocant concedere decreta
 Dei libera circa talia obiecta conditionata.
 5. Maioris tamen miraculi initit est Hieronymus
 Vives Dominicus Valentini lib. de primatu diuine li-
 beritatis & contra scientiam mediam, qui vili peritque
 datis testimonis Thomistarum apud illustrem scientiæ
 medicæ defensionem à nostro Francisco Annato edicam
 Tolosæ anno 1645. dicere audeat d. 19. an. 9. sententiam
 affirmantem, Deum certo scire futura conditionata in
 decreto omnium Thomistarum certo fuisse, & quidem vt
 ea testimonio non extarent Hieronymo Vives, Rispoli &
 Ioanni à S. Thoma, suorum Dominicanorum Thomistarum
 principia, eorumque consequentia satis esse debebant, vt
 plures Thomistarum pro sententia hac negatiua esse cre-
 derent: aliquoque pro affirmatiua fuisse mirarentur.
 Primo enim præsentiam in mensura æternitatis contin-
 gentia nulla pro statu conditionato habent, eorumque plo-
 raque, quæ nunquam absolute erunt, (in quibus sunt con-
 ditionata, quæ in scriptura assignantur: cum tamen à
 Thomistis Molinæ fere coarctatis, imò (vt hi volunt) à
 pluribus antiquis, quos refert Aluarez d. 10. de auxiliis to-
 ta ratio cognoscendi futura, & sine qua nullum sciri à
 Deo potest, sit præsentia eorum realis in mensura æterni-
 tatis: vt inde merito recitatur Zumel huius sententiæ do-
 necessitate præsentie realis futurorum in mensura æter-
 nitatis, vt Deo cognoscantur authores omnes pro sen-
 tentia negante Deo conditionatorum scientiam vniuer-
 sum recedant. Secundo cum eiusmodi futura, non, nisi
 in decreto actuali Dei conditionato ex parte obiecti in
 horum Thomistarum recentium principis cognosci à
 Deo possint, certum illis, vel inde esse debet Ledef-
 mi, Navarretæ, & Thomistæ alios vetustiores, qui suborta
 iam apud aliquos de scientia conditionatorum decreta ista
 horrebant, & impugnabant, & alios, quibus, & in men-
 tem non venerant, eorum contingentium scientiam Deo
 denegasse, etiam si eorum aliqui adeo expresse de hac sua
 sententia non loquerentur, credere Recentiores isti de-
 berent.

6. Accedit, Thomistæ omnes, etiam ab huius con-
 trouersie initio, scientiæ medicæ prin os impugnatores in-
 de tam impugnasse, quæ à Dei scientia adquire in scien-

tiam visionis, & simplicis intelligentiæ diuina fuerit, ac
 semper diuidenda adquiret forer, cum tamen horum
 contingentium scientia ad neutram posset spectare: ex
 quo eorum scientiam, quam Molina inducebat, à Deo
 relegandam absolute clamabant. Præterea quoniam co-
 rundem illud argumentum contra nostras tendebat,
 quod ex testimonis Augustini, Properi, & Hilarij dicen-
 tium semipelagianos recurrentes ad opera conditionata,
 si diutius viuerent, in paruulis illis ante vltim rationis de-
 cedentibus altero baptizato, altero non baptizato assi-
 gnasse opera futura, quæ non essent futura efformabant,
 nisi vt futura conditionata neque futura vilo modo esse
 ex eistestimoniis Thomistæ illi ostenderent: ac prouide
 à Deo cognoscibilia non esse: nulla enim, siue Patribus,
 siue Thomistis illis in eo argumento mentio, an ex Dei
 gratia, an ex viribus naturæ conditionata illa opera for-
 rent, sed solum esse futura. Adde, Thomistæ illos pri-
 mos inde præcipue horum conditionatorum scientiam in
 primis impugnasse, quod semipelagianorum doctrina for-
 ret: quæ nunquam, nec contra, neque pro decreto hoc,
 in quo ea conditionata à Deo cognoscerentur fuit, sed so-
 lum de diuina eorum cognitione, quam nostri defende-
 bant, eliminanda, quin si de decreto illo, in quo condi-
 tionata cognoscerentur, non autem de sola eorum scien-
 tia, Thomistæ illi primi cum nostris tot machinis, accu-
 sationibus, atque ad scandalum vsque publicum, tumul-
 bus vbique cerascent, minus fortassis prudentes apud
 aequos rerum æstimatores haberentur.

7. Etenim, si æqui iudices rerum esse velimus, qua
 precor prudentia contra Molinam, & nostros primi illi
 Thomistæ adeo turbarentur, atque ad Inquisitionis tribu-
 nalia, & sedem Apostolicam hæresis deferrent, quod con-
 ditionata omnia, quorum pleraque nunquam absolute
 erunt, fuerint, & esse, & cognosci abique actuali de-
 creto à Deo, tunc docerent, cum tot Catholici, sapien-
 tesque theologi docti, laudati que scriptis contra Calui-
 nistas, & Lutheranos docebant, nullum futurum contin-
 gens, & liberum à decreto Dei illud efficaciter decernente
 in sui existentia, aut cognitione pendere: cum certum
 omnino sit, plus (vt sic loquar) decreti futuris absolute,
 quæ aliquando absolute erunt, opus esse, quam condicio-
 nate futuris, quæ plerumque nunquam absolute erunt,
 sed in hypothesi, suspensæ, & sub conditione solum essent,
 si conditio poneretur. Nota item omnibus theologis tunc
 etiam erat sententia Patrum, Magistris, & S. Thomæ (de
 qua postea) docentium præscientiam futuris absolute la-
 tius præsentione, Deique decreto, ac prædeterminatione
 patere: ac prouide futura etiam absolute sine decreto à
 Deo præsci. Qui ergo viri docti (imò non probatæ
 amentie) Molinam, & nostros hæresis toties appellarent,
 quod conditionata solum futura absque vilo eorum diu-
 no decreto sciri à Deo docerent: scientia igitur ipsa de
 conditionatis contingentibus, nihil de ea cogitantibus do-
 ctis illis viris, ac primum in solis semipelagianis eam ani-
 maduerentibus, & legentibus, atque ab Augustino, Pro-
 spero, & Hilario tam scientiam illam, quam ipsam con-
 ditionatorum futuritionem, licet alio repudiata viden-
 tibus, in causâ fuit, vt turbarentur, ac hæci, & prædeter-
 minationis sue physice zelo eam auerterentur: nec ne-
 garent solum, sed hæresis semipelagianæ toties accu-
 sent. Mitto ex illorum solutionibus ad loca scripturæ,
 quæ Certam. 3. proponemus, satis ostendi illos, vel abso-
 lute scientiam conditionatorum contingentium, vel (quod
 eodem recidit) eius certitudinem, & inatillibitatem Deo
 negasse.

8. Cum ergo, tam è veterum Thomistarum testimo-
 niis propriis, & aliorum Thomistarum etiam relationibus,
 quam ex scholæ Thomistica principis, & his cum no-
 stris contestatione, & argumentis liquido constet, primos
 illos Dominicanos rei scholasticæ proceres scientiam
 conditionatorum contingentium Deo denegasse, nostros-
 que Doctores pro illa cum scriptura, & Patrum testimo-
 niis, tum rationibus acerrime pugnauisse, tamque ipsa
 Ioanne à S. Thoma, & reliquis scientiæ medicæ nuperis im-
 pugnatoribus facientibus) nemo Thomistarum Dominica-
 norum, cuiusque scholæ sequacium eam conditionato-
 rum contingentium scientiam Deo non dederat: viderit
 lector, an soliorum solum sonitus, inaneque umbra (vt
 Ioannes à S. Thoma, aiebat) esset triumphum de aduersari-
 iis

ORTEGA
 in la part
 D VIA

riis à nostris conelamari, & ut ipse ait, *Tubicinari*, atque hostes ad nos transire, manulque dedisse clatis vocibus asserere: sed certe nostri præ modestia sua nihil horum præstiterunt; sed solum quod recta disputandi methodus exposcit, difficultates, quæ in controuersia hac de scientia media esse poterant, ut consilio vitaretur, eorum quamque proponentes, antiquam illam Dominicanorum Patrum cum nostris controuersiam, an contingentium conditionatorum scientia in Deo admittenda sit? & ipsorum negatiuam sententiam fideliter, ut vidimus, retulerunt. Non desuere tamen ex aliis qui hanc nostrorum de hac in re aduersariis non inani folioerunt: sicut fauili acclamationibus victoriam celebrauerunt: R. P. Fr. Petrus à S. Ioseph, è sacro S. Bernardi Ordine in defensione S. Thomæ à phytica prædeterminatione d. 2. sect. 10. n. r. sub fin. ita scripsit: *Quod Thomista mentem doctoris in hac re nunquam effecuti sint, vel ex eo constat, quod illi admodum varij sint in questione de scientia conditionalium, quam verj amemus. Nam initio cum primum agitari cepit controuersia de auxilijs diuinis gratia aliqui omnino negabant Deo scientiam futurorum sub conditione; sed postmodum consensu manifestis scripturae testimonijs, talem scientiam admittunt.* Gabriel Penotus Canonici regularis lib. 3. c. 26. n. 2. ait: *Thomista initio responderunt, futura conditi nata à Deo coniecturaliter solum cognosci; sed postea assidua concertatione certiores facti affirmarunt, Deum illa certo, & infallibiliter cognoscere.*

CERTAMEN III.

Affirmatiua sententia vera, & omnibus iam scholis communis stabilitur.

1. **C**erta adeo, & aperta veritas est, Deum non solum causas, seu conditiones, sub quibus contingens conditionatum esset, si ponerentur, probabiliusque illius apponendi fundamenta, quæ in eis sunt perfectissime cognoscere: sed ipsa etiam contingentia sub eis conditionibus apponenda esse, si conditiones apponerentur: ac proinde scientiam Dei ad eiusmodi contingentia conditionate futura secundum se, propriamque sui veritatem spectata terminari, ut non solum easlere Dominicanæ, & Scoticæ scholæ, earumque affectis omnibus cum nostra, eiusque affectis; sed Academicis, & Theologis omnibus conueniret: ideoque auctores pro illa singularem non refero; sed vno verbo iam omnes: videatur Herize d. 7. de scientia, c. 1. n. 7. quinimo Ioannes à S. Thom. cit. a. 1. & 2. nauum disformem suæ scholæ antiquioribus proceribus à nostris imponi clamat, qui illos pro negatiua sententia fideliter referebant. Solus Anonymus de ordine apud Annatum nostrum d. 3. defensionis scientiæ mediæ contra ipsum c. 1. sub initium argumento 1. in antiqua iam negante sententia videtur perflittere; sed tam sunt, & illud & reliqua occultis huius doctoris de ordine argumenta deordinata, & seiphs subruentia, ut aperta, ac non velata facie, & in occulto etiam à rardo, & hebre homine proponi minime potuerint. Caterum, etsi affirmatiua sententia adeo vera, certa, constanque iam omnibus sit, ac negatiua adeo infra mortuos amandata: quia tamen singularia, & sinistra hominum ingenia fedas, & emortuas opiniones ad æcotum suorum discursuum tenebras fasciandi insaufam habere potestatem: operæ pretium nobis visum est, sententiam affirmantem sine suorum fundamentorum, & rationum luce non relinquere; ne posthac emortuæ negatiuæ manes & latuæ vel appareant, vel vbi primum apparuerint, displiceant.

2. Et in primis affirmantem sententiam adeo certam, fideique consonam reputant, ut ex aduersariis plures, ut oppositam negatiuam censuris grauibz inflectunt. Franciscus Zumel supra a. 13. d. 8. concl. 1. ait: *Non est tutum negare infallibilem, & certam cognitionem futurorum in Deo, de nostrisque assertionem subiungit: Hac assertio est*

D. Augustini lib. de bono perfo. c. 10. & tom. 3. d. 5. post concl. primam: *Non solum non esse tutum id negare, sed neque vilo pacto ferendum.* Cuius cit. controu. 7. a. 4. nostræ tandem subscrit, utpote scriptura, & Patribus magis consensu, & necessaria pene difficultatibus theologicis soluendis: ruenusque fidei veritatibus, inquit, Stapletonius in id Matt. 11. n. 21. de conditionata Tyriorum, ac Sydoniorum præ Bethsairidis, & Corozainitis agens: ac de scientia coniecturali, seu probabiliter eorum ex dispositione causarum, & conditionum abque verbi Dei corruptela intelligi non posse. Alexander Pelantius t. p. q. 14. d. 5. contrariam sententiam merito à nostro Molina ait, vocatam periculofam in fide. Illustissimus Ferdinandus Mascareñas de auxilijs diu. grat. par. 3. & 4. d. 2. Hæc scientia (scilicet media) ab his tantum repudiari potest, qui nec diuinas litteras apte interpretantur, nec doctrinam Patrum perspicam habent, nec satis considerant diuina prouidentia, prædestinationis, & gubernationis ord. nem. Quo autem iure hæc ita scripserint, & relati proxime Doctores, alique plures innominati ab Herize tract. 1. d. 7. c. 3. n. 14. sine, negatiuam sententiam tutam in fide non esse, sed prolix periculofam dixerint, is solum ignoret, qui aperta pro scientia Dei erga contingentia sub conditione futura testimonia iam à nobis subiungenda, non solum non intellexerit, sed ne legere quidem: ut mirum sit pios illos Thomistas recitatos illis respondere, ac detorqueere sensum fuisse conatos.

3. Nullus ferè est Scripturæ Sacre liber, in quo scientia hæc Dei futurorum conditionate contingentium non exprimitur. Gen. 11. de Nembrot, & socijs turrim, quæ cælum peringeret molientibus ait Deus: *Ceperunt hoc facere, nec desissent à cogitationibus suis, donec eas opere complerent.* non quidem absolute: neque enim absolute eas compleuerunt, sed sub conditione, n. à Deo impedirentur linguarum diuisione, vel aliter Exod. 34. prohibentur Iudæi à Domino per Moysen alienigenas uxores ducere: *Ne postquam fuerint fornicata, fornicari faciant & filios suos in Deos suos.* Cumque ita Salomoni iam grandæuo ob uxores gentiles, Moabitissas, Amonitas, Idumæas, Sydonias, Hebræas, & Pharaonis filiam accideret, notatur 3. Reg. 11. num. 13. hanc prophetiam in Salomone fuisse impletam, sic ab Spiritu sancto sensus recitatur: *Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingrediemini ad vestras: certissime enim auertens corda vestra, ut sequamini Deos earum, vbi illud certissime hic ab Spiritu sancto, quæ scilicet illius prophetiæ interpretet, additum ostendit, ut doctè obferuat nolter Ruiz in altis similibus conditionum, etiam conditionatorum, diuinis prædictionibus esse subintelligendum: quo scientia eorum coniecturalis esse omnibus scripturæ locis, quæ de eorum diuina prædictione, & scientia proinde (neque enim Deus quæ nescit reuelare, & dicere à sano quopiam dici potest) conditionatorum contingentium à Deo efficaciter propulsatur. Tercio extrax hæc veritas 4. Reg. c. 2. vbi petenti Elifao Magiltri Elie spiritum duplicem, hic respondit: *si videris me, quando tollar à te, erit tibi quod petisti: si autem non videris, non erit.**

4. Eodem lib. Reg. c. 13. num. 18. Elifaus Regi Ioas sistenti in tertia terræ percussione itatus ait: *Si percussisses quinquies, aut sexies, sine sepius, percussisses Syriam usque ad consumationem: nunc autem tribus vicibus percussit eam.* Vbi plura futura conditionata prædicuntur, sicuti in duobus immediatis testimonijs, licet conditio disparata de se sit, tamen extrinsecus conducentium ad conditionatum habet, vel necessariam, si Dei promissio, vel decretum actuale sit, vel liberam saltem respectu Dei, si solum ponatur sub conditione decretum ex quo ad conditionata libera respectu creaturarum valet consequentia. Quinto: Hieremias 38. dubium Sedechiam de euentu sic alloquitur: *Si profectus exieris ad Principes Regis Babilonis, viuet anima tua, & ciuitas hæc non succendet igne: & saluum eris tu, & domus tua: si autem non exieris, tradetur ciuitas hæc in manus Chaldaeorum, & succendent eam igne: & tu non es fugies de manu eorum.* Cumque de transfugis Iudæis ad Chaldaeos, ne ab eis traderetur, & illuderetur, si exiret, sollicitus adhuc esset Sedechias, respondit iterum Hieremias: *Non te iradent.* Sextum testimonium delinmur ex 3. Ezechielis, vbi Dominus illum ad domum Iudæ mittit, is ait: *Non ad populum*

lum profundi sermone, aut ignota lingua tu mitteris, et si ad illud mitteris, ipsi audient te, ad quæ M. Gregor. hom. 10. in Ezechiel. col. 3. *Aperit declaraturus quædamque prædicatorum voces essent sine tarditate sequuntur.* His similia passim in scriptura occurrunt, quæ videri apud nostros possunt præsertim apud nostrum Ruiz.

5. Venio ad celebriora. Septimum testimonium sit ex 1. Reg. 23. nu. 10. ubi David Dominum consuluit, eiusque oraculum accepit his verbis: *Audiuit famam servus tuus, quod disponat Saul venire in Ceila, ut evertat orbem propter me? si tradent me viri Ceila in manus eius? et si descendet Saul, sicut audivit servus tuus; indi- ca servus tuus: & ait Dominus: descendet. Dixitque David: si tradent me viri Ceila, & viros, qui sunt mecum in manus Sauli? & ait Dominus: tradent. Quorum neutrum absolute evenit, sicuti, nec plerumque ex dictis in testimonio superioribus; ac proinde solum fuit descensus Saulis, & Davidis traditio, Ceilitis conditionate futura, si Ceila David maneret. Respondent 1. aduersarii, nec David consuluisse Dominum, neque hunc respondisse de Saulis descensu, & traditione David à Ceilitis; sed de anti- mo Saulis ad descendendum, & Ceilitarum ad tradendum David cum suis. Sic enim paraphrasis Chaldaica legit: *Non cogit descendere, sicut audivit servus tuus? Cui Dominus: Cogit descendere.* Verum, licet Chaldaicus paraphrasis in aliis libris à Pentateuico Rabbinorum regis, & fabulis vitiatum non esset, ut notauit D. Franciscus Ximenes de Cicerone Praef. in Bibl. Complutens. & nos- ter Ruiz, Vulgatae, & S. Hieronymi, quæ eruditissimorum Hebraeorum, qui ei adferunt, versione credere debet; in veritate enim, & David de descensu, & traditione con- sultuit Deum, qui ei descendere tradent: respondit; non autem de eorum animo, & cogitatu. Secundo: id animo concepit Saul, satis ex fama didicerat David, ac si descendere, tradendum esse à Ceilitis, vi urbem suam, seque ipsos ab excidio, & cæuisione liberarent, nemo, etiam bards, nedum sapientissimus David, discursu non asse- quere: idque satis erat cordato cuius, ut inde absece- deret, ac se, suosque in tuto poneret: ergo Deum con- sultuit de euentu ipso descensus, & traditionis, si sibi maneret, ne probabilis solum euentus coniecerat ex animo cum Saulis, cum Ceilitarum sibi satis perspecto ab urbe si- bi commoda discederet, non habito euentus ipsius certis- simo oraculo diuino.*

6. Inde enim præclusa manet euasio aduersariorum altera: Deum scilicet, prædixisse euentus illos condi- tionatos non certo absolute, sed moraliter, quatenus ex præ- senti rerum peristasi colligi poterat. Nam eo etiam mo- do notæ erant Davidi euentus illi conditionati: ac proin- de oratione Deum consulere, ni certius oraculum speraret, nec quid, non æque Davidi ex se notum, Deus respondis- set etiam. Præterquam quod Thomista nemo ea solutio- ne, quæ in sua principia impingit, vii potest: cum enim in coniecturali, cum scientia, tum obiecto connexionem infallibilem inter antecedens, & consequens semper Tho- mistæ requirant, requiruntque, eaque ex illa rerum pe- ristasi inter antecedens, & consequens non derit, nec moralis certitudini, nec probabilis coniecturæ diuinæ (et si hæc metaphysicæ etiam diuinæ cognitionis infallibilita- tem non dedeceret) de euentibus conditionatis locus re- linqueret. Nec maioribus expensis ablegatur tertia, eaque assensu solutio, quæ huic postremæ impugnationi ad hominem videtur occurrere: quod consiliatio hæc, & Dei responso, non de euentibus ipsis, sed de probabilitate eorum certa physice, & metaphysice ex illa peristasi re- rum fuerit. Primo enim retellitur ex dictis num. 5. ubi ostendimus de euentibus ipsis consultum esse Deum, red- diturque ab eo oraculum. Secundo ex proxime dictis: quia ea probabilitas nota erat Davidi, quin Deum consu- lere. Tercio: quia æque fere certitudinis diabolicum, & Angelicum oraculum forent, ac diuina: cum Angeli, & demones, & probabilitatem euentus ex dispositione causarum, quidque probabilis inde euenturum sit, acu- tissime certant. Hoc autem adco absurdum visum est S. Thomæ in 1. d. 40. quæst. 7. vi inde probet, Deum ha- bere scientiam infallibilem futurorum absolutorum; Quæro: quia non teneremur ea conditionate reuelata

Christoph. de Ortega, De Pre Vno, Tomus I,

credere magis, quam opinionem à Deo reuelatam esse probabilem, quod absurdum peruersissime solum, & insu- missime admitti posse, dicit Augustinus proxime citan- dus. Quinto quia inde etiam facile fiet, ut neque fau- ris absolute à Deo reuelatis fides adhibeatur, imo neq. debeat. Cum enim de his haud clariora sint, quam de conditionatis oracula diuina, æqua facilitate dici porerit solum probabiliter futura absoluta, vel eorum probabi- litatem à Deo prædicti, quo statuto, liberum erit ea cre- dere, vel secus. Denique Anonymi solutio, apud Anna- tum nostrum d. 2. solum periculum eorum euentum, & rogatum à Dauide, & à Deo prædictum esse, eadem se- re cum solutione de probabilitate prædictione est. Rar- fulque impugnatur: quia huius sententia traditio Dau- dis à Ceilitis, adhuc ex hypothesi descensus Saulis non futura cognita à Deo erat, & certo cognita non futura; ergo illusorie respondit Deus, periculum esse, seu pro- babilitatem traditionis sub ea hypothesi. Paret: quia pe- riculum solum est incerti euentus, non autem euentus, qui certo non erit: ac proinde nonnulli illusorie, & falso re- spondebit fidelis pagano periculum esse, ne mundus non finiat.

7. Octauum testimonium esto ex Sapientia 4. ubi de iusto in iuuentute maturo, atque hominum iudicio im- mature correpto dicitur: *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius: aut ne fides deciperet animam illius: ubi cum morte ipsa præmatura mutatio, & deceptio absoluta non fuerit, imo ne absoluta esset correptus im- mature iustus fuerit: eius scientiam, qua Deus ad im- mature illum corripiendum, ne absolute mutaretur, ac deciperetur, si diutius viveret mutationis, & deceptio- nis contingentis solummodo conditionata, non absolu- te fuisse, certissimum est. Verum Magister Curiel cita- ta controuers. 7. in hoc Sap. caput rem præsentem in vitamque disputans partem euasiones omnes tentauit, quibus tantum postea Dominici illi pro negatiua sen- tentia vii fuere. Ille igitur ad hunc locum (& ex eo Le- desma, & reliqui) putant ex hoc loco in primis confirma- ri Dei solum coniecturalem, & probabilem, summum- que, moraliter certam conditionatorum contingentium scientiam, vel certam probabilitatis eorum in causarum dispositione, quam nuper impugnabamus. Id quod sua- deri putat ex August. de prædest. sanctor. c. 14. ubi da- tum testimonium his commentatur: *Dictum est secun- dum pericula vitæ huius, non secundum præscientiam Dei, quæ hoc præscit: quod futurum erat, non quod futurum non erat: id est, quod ei mortem immaturam fierat largiturus, ut tentationum suberaboretur in- cepto; non quod peccaturus esset, qui inuictus in ten- tatione non esset.* Quibus & scientia Dei conditionata ruinæ iusti immature correpti negari videtur initio, so- lumque periculorum huius vitæ, & incerti tentationum conceciti notitia, in quibus probabiliter conditionatus il- le lapsus, si non corriperetur, videtur contineri. Con- firmari ex ipso contextu facile potest: eius enim sen- tentiæ ratio immediate subnequitur: *Fascinatio enim nu- gacitatis obscurat bonam, & inconstantia concupiscentia transuerit sensum sine malitia: quibus, & futura il- lius mutationis, & deceptions sub conditione, si diutius iustus adolescens viveret, & scientiæ conditio- nate Dei mundi falsitatem, & concupiscentiæ fragili- tas causa, & medium assignantur: e quibus solum con- iecturaliter illa, vel earum probabilitas à Deo cognos- catur.**

8. Sed enim Augustini sententia de scientia Dei con- ditionatorum contingentium secundum se certa quidem (ut diuinam decet) & infallibili, tam multis eius locis ex- pressa est, ut, vbi inde solum oppositi huius interpretationem aduersariorum aduersionem, atque ab eius men- te alienam ætimare debeamus. Dedit autem ipse ad idem Sap. testimonium adeo clare suam mentem non semel, ut reliqua superflua. Etenim c. 9. de dono perseverantium. Quomodo donum Dei sic perseverantia contra sempe- lagianos, modis, quibus fragilem, & auersam vo- luntatem ita obfirmare possit, ut tentationi non succum- bar: nec supra id, quod potest, tentetur, ut dicitur 1. Co- rinth. 10. ostendens ait: *Certe poterat illos Deus præ- sciens esse lapsuros antequam id fieret, auferre de hac*

Et alia:

vita: sicut dicitur loco citato de immaturo correpto. Eidem intento, & modo contra eosdem Semipelagianos incumbens lib. de correptione, & gratia c. 8. de his, qui non perseverant, ita scribit: *Respondent, si possunt: cur illos Deus, cum fideliter, & pie viderent, non tunc de vita huius periculis rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum, & ne scilicet deciperet animas eorum? Vtrum hoc in potestate non habuit? An eorum mala futura nesciuit? Nempe nihil horum, nisi peruersissime, & insanissime dici potest.* Scientia autem illa peccatorum futurorum, quae Deo liberum relinquit peccatorem corripere, antequam & peccata absolute sine, & ante tempus, quo visa sunt patienda futurorum absolute peccatorum non est, quae nisi eo tempore, & peccatore existente esse absolute non possunt: ac proinde scientia conditionatorum contingentium, si diutius viverent, esse potest, quam Augustinus asserit, confirmatque relatis etiam verbis testimonij, quod versamus. Quocirca loco oppositis ex c. 14. de praedest. sanct. in eiusdem testimonij interpretatione non potuit adeo aperire, & a se, & a veritate delicere, uti aduersariorum auersa intelligentia illum defecisse coniungeret. Negat igitur praescientiam peccatorum absolutorum absolutam, non conditionatorum conditionatam.

9. Constat primo: quia inde probat quod praescientia mortem, & negationem peccati absolutas impossibiles cum peccati futuritione, eiusque proinde cognitione: absoluta autem futuritio, & mortis, & negationis peccati cum huius futuritione conditionata, scientiaque diuina illius, impossibilis non est. Secundo constat: quia eo loci Augustinus agebat contra Semipelagianos asserentes ex operibus conditionate solum visis paruulorum, si diutius viverent, alterum cum baptismo, alterum sine illo corripi: quare vnum saluari, damnari vero à Deo alterum ex meritis, ac demeritis: quibus refutandis, tam ibi, quam alibi ea familiariter sibi, & verissima doctrina vtrius: scilicet in solis operibus absolutis, seu absolute futuris: non autem in futuris conditionate meritum esse posse: quare ex praescientia solum conditionata circa futura opera paruulorum non potuisse Deum moueri meritiue ad alterum saluandum, & praemiandum; alterum vero puniendum, & condemnandum, adstante praescientia eorum absoluta, quae vere non adfuit, neque posita absolute immatura morte, & negatione proinde operum adesse potuit: illud vero, quod ait: *secundum periculum vitae huius, & ut tentationum subtraheretur incerto*: non ad Dei scientiam referendum est, vt eo medio ducatur, vt mutationem, deceptionemque probabiliter coniectetur, siue in earum probabilis cognitione sistat; sed ad eas ipsas mutationem, & deceptionem, quas pericula, & tentationes, licet non necessario, & certo, causarent tamen, si iuuenis diutius viveret, ac successu aetatis tentaretur: quarum etiam causam solum assignauit sapiens verbis ex contextu oppositis. Ea vero futuritione conditionata posita, cognitaque à Deo, motus ipse misericorditer est ad praematuram mortem, tanquam medium ad salutis finem, non tanquam ob merita adolescentis, seu paruuli iusti ex baptismo, vt Semipelagianii dicebant: quia meritum, & demeritum in operibus absolute futuris tantummodo inuenitur, quod in paruulo hoc non fuit: imo vero in eo fuit demeritum conditionatum, quod, si satis esset, vt puniretur, sine baptismo debebat decedere in penam, non cum baptismo, & gratia, vt hoc testimonio dicitur: ex quo ita Semipelagianos vexabat ibi, & saepe alias Augustinus, vt desperata solutione auctoritatem Canonica negauerint scientiae libro.

**

CERTAMEN IV.

Postremum, & celeberrimum testimonium expenditur, & firmatur.

1. Notum, & postremum testimonium, illudque celeberrimum est de conditionata Tyrionum, & Sidoniorum penitentia praedicta à Christo Domino, Math. 11. num. 21. & Lucæ 10. illis verbis: *Va tibi Corozain, va tibi Bethsaida: quia si in Tyro, & Sidone facta essent virtutes, quae factae sunt in vobis, solim in ieiunio, & cinere penitentiam egissent.* Cum autem, nec virtutes apud eos factae absolute fuerint, neque ipsos de peccatis suis absolute penituerit: certum omnino est Christum Dominum, de futura eorum penitentia, non quidem absolute: sed conditionata praescium, & euulgatorem ibi fuisse: nec solum, quia hominem; sed quia Deum; quem vique nihil, quod homines cognoscunt, latere vique potest; sed huc etiam recurrunt solutiones illae de scientia coniecturali penitentiae illius conditionatae ex causarum naturali dispositione meliori ad conuersionem, & penitentiam in Tyris, & Sidonis, quam in Bethsaidis & Corozainis, & affinis alia de scientia non penitentiae; sed probabilitatis eius, quae in ipsa naturali dispositione erat. Quibus solutionibus stare videtur sequens contextus, qui sic pergit: *Verumtamen dico vobis Tyro, & Sidoni remissus erit in die iudicij, quia vobis: & tu Capernaum &c. quia si in Sodomis facta fuissent virtutes, quae factae sunt in te, forte mansissent usque hunc diem: verumtamen dico vobis, quia terra Solorum remissus erit in die iudicij, quam tibi.* In his autem particula forte coniecturantis solum, ac non certo scientis est: iudicium vero remissus, ac feruentis de absoluta dispositione, & statu iudicandorum est: ac proinde cum tantum Christo Domino, cum, quia homine, tum quia Deo cogniturum, & in illo probabilitas eorum conditionatorum videtur suaderi.

2. Verum praeter impugnationes harum euasionum ad praecedentia alia scripturae testimonia supra à nobis datas, quatenus praesentis testimonio aptantur, facit specialiter: primo quod videtur solutiones illae, vel nauis, vel dono acceptae ex Caluino, cuius haec ad verbum solutio, & interpretatio testimonij huius extat apud Stapletonium ad eundem locum Matthaei: *Christus hic non disputat, quid de eis praedixerit Deus futurum; sed quid facturi illi fuissent, quatenus ex re ipsa percipi poterat ad, communem humanae mentis capium sermonem accommodat: inferius iterum, humano more loquitur Christus, non autem profert, quid praedixerit futurum, si Sodomitis prophetam aliquem misisset.* Quam solutionem autem Caluinista arripunt, vt videre est in Tullio Caluinista apud nostrum Annatum in defens. Scientiae med. d. 1. Ego autem nollem cum Caluino (& Caluinistis reliquis, interpretibus Catholicis aduerso interpretationem maxime hanc, quam sine corruptela verbi Dei admitti non posse, Stapletonius ait) habere communem. Contra secundo: quia est interpretatio non solum aduersa; sed & reprobata, damnataque ab Augustino ita ad eum locum scribente c. 9. de dono perseu. sub fin. *Namquid possumus dicere, etiam Tyrios, & Sidonios talibus apud se virtutibus factis credere noluisse, aut credituros non fuisse, si fierent: cum eis ipse Dominus attesteretur, quod aduersi essent magnae humilitatis penitentiam, si in eis facta essent diuinarum illa signa virtutum.* Consonat huic loci interpretationi ostendens paruulum decedentem sine baptismo ob originale damnari, non ob peccata, quae ageret, si diutius viveret; concluditque: *Quoniam nullus mortuus indicatur ex bonis, seu malis, quae fecerat, si non moreretur: acturus: alioquin Tyri, & Sidoni non secundum ea, quae agerent, penas luerent; sed potius secundum ea, quae gesserant, si in eis illa virtutes euanger-*

gelica

gelica facta fuissent per grandem penitentiam, & per Christi fidem consequerentur salutem. Quod aduertari Evangelio dicenti, eos puniendos, licet remissius Corozaimitis, ait paulo superius. Item c. 95. Enchiridij, ubi habet de beatitudine loquens: Tunc non latet, quod nunc latet: cur apud quosdam non sint factæ virtutes, quæ si facta fuissent, illi homines egissent penitentiam, & facta sunt apud eos, qui nunquam fuerant credituri: apertissime namque Dominus ait: Væ tibi Corozain &c.

3. Sed & S. Prosper Aquitania. Præceptoris Augustini in ea verissima interpretatione (sicuti & in aliis ad scientiam conditionalis interpretantibus) ne latum quidem discrepare vagem: ita enim loquitur ad excerpta Genentium responsi. 8. De Tyrus, & Sidoniis quid aliud possunt dicere, quam non esse eis datum, ut crederent? quos etiam credituros fuisse, ipsa veritas dicit: si talia, quæ illa apud non credentes facta sunt virtutum signa vidisset. Possunt autem dicere contra Augustinum, & Prosuperum non credituros etiam, si eis ea signa adhiberentur, si solum scientia, & cognitione probabili, & moraliter solem, ac non physice, & metaphysice certa, & infallibili fides, & penitentia illorum conditionata à Christo Domino prædicarentur, vel non ille secundum se, sed sola earum illatio probabilis in naturali causarum, & circumstantiarum dispositione. Etenim probabilitas totum cunctus, cuiusque cognitio probabilis solum, & moraliter solum certa, neque huius salutaritatem, neque ita affectu, & cognitio cunctus oppositum impossibile, imo vero absolute possibile demonstrat. Quemadmodum, & effectus, resque quævis contingens possibilitatem sui oppositi extremi absolute non excludit: sed in sua contingentia essentialiter claudit: unde possibile, contingens, necessarium, & impossibile contradicere, puerilis etiam dialecticis summatibus est notum in modum contradictorij allegandis. Mitto ex naturali rerum dispositione oppositum potius conuersum, & penitentia Tyrionum coniectandum: & probabilis asserendum fuisse, ut iam iam expendam post recitata alia in eandem sententiam verba, quæ sic Iulius Prosuper adiecit: Nos autem, etiam firmitatem facti, & profunditatem iudicij eius (in denegatione signorum Tyrus, & Sidoniis) pererrare non possumus, manifeste tam in scriptis, & verum esse, quod dixit, & ipsum esse, quod fecit. Similiter S. Thom. 3. p. q. 1. a. 3. ad 2. relata Augustini sententia ex c. 9. de dono person. Inhiens ait: Deus huius, quos prauis, & apud eos factis, suis miraculis credituros, quibus voluit subuenire, aliter non subuenit: quibus in huius loci interpretatione pro sententia nostra cum reliquis Patribus stat apud Ruiz d. 62. sect. 1.

4. Tercio huius interpretationis effugium à ratione præcluditur. Etenim ex naturali Tyrionum, & Sidoniensium dispositione probabilis longe, certumque moraliter erat prædicationi, & signis, quibus Bethsaidæ non crediderant, eos non credituros: ex illa ergo & signis, quibus Iudæi populi memorati non crediderant perperam Deum, imo & iane mentis homo, credituros illos coniectaretur, ac prædiceret. Antecedens constat ex scriptura, Bethsaidæ enim, & Corozaimitæ Iudæi erant, vni, & in vnum Deum credentes, & quibus signa aduentus Christi, quæ videbantur, fuerant per Prophetas (quibus utique adhibebant fidem) prænuntiata: Tyrus vero, & Sidonijs idololatæ auaritiæ, delictis ac omnivitiarum genere corruptissimi, teste Isaia, c. 23. n. 1. Ezechiele c. 26. nu. 2. c. 27. nu. 3. c. 28. nu. 2. & 12. Amos c. 1. nu. 9. ergo ex hac naturali rerum dispositione longe probabilius, & certum naturaliter erat, hos nec prædicatione, nec signis adhibitis Iudæi nec penitentiam egerunt, nec crediderunt. Neque vero Christi Domini tempore ad frugem meliorem fuerant Tyrus, & Sidonijs reuocati: illorum quippe, vique constanti, & veritate, & fama perditissimorum, comparatione vltus Dominus apud Iudæos illos fuit, ut ipsorum dardem apertius ipsis ostenderet, quo magis exacerberet, dolerent, & conuerterentur: quemadmodum comparatione Sodomorum ad Caphtarnaitas consilio eodem fuit statum vltus. Secundo: Tyrus, & Sidonijs, ve olim etiam erant perditissimi, comparabat illis verbis: Olim in ecclesia, & cinere penitentiam egissent: quare me-
Chulophi, de Ortega, de Deo vno, Tom. 1.

lior eorum tunc dispositio succedens vim argumenti nihilominus eneruat. Tercio: quia ea euasione ridicula profus Domini increpatio redditur: quia quatuor hæc vrbes Tyrus, Sidon, Bethsaidæ, & Corozain vicinæ erant ad eundem locum, seu sinum Genesareth sitæ, & quatum subinde nulla reliquarum mores ignorabat: quare reprehendenti Domino, & eorum præ Tyrus, & Sidonijs dardem, & incredulitatem exprobranti respondere Iudæi infaciem possent ægrius Tyros, & Sidonijs ad penitentiam, & fidem ipsam signis, & prædicatione frangendos: quippe qui idololatia, ac detestari vita peius essent dispositi, & maiora impedimenta posuissent: ac subinde falso eos penitentia Tyrionum obiurgari. Certum ergo Catholicis Doctoribus sit, Christum Dominum, & quæ hominem, & quæ Deum non probabilitatem moralem solum certitudinem penitentia Tyrionum: sed certo illam, nec solum probabiliter, & morali coniectura ex naturali eorum dispositione penitente, & Iudæis illis exprobrare.

5. Iam quæ pro absorta sua interpretatione è contextu discurrebant, leuia sunt. Particula enim illa forte dubitantis non est: his liquidem, vique, certe, sane, æquiualeat, vt è græco textu doctè oblectat Salmeron. 10. 4. in Euang. p. 3. tract. 14. sub med. vti. Ad secundum dubium. Est enim vox an quæ eis responderet: quo sensu tape in scriptura usurpatur, Ioann. 4. In forsitan perisisses ab eo. c. 8. Si mo sciretis, forsitan & Patrem meum sciretis. Matth. 5. Ne forte tradat te aduersarius iudici. c. 7. Ne forte conuolent em pedibus suis. Actor. 8. Penitentiam age ab hac nequitia tua, & rega Deum, si forte remittatur tibi: in quorum plenique ea vox græca habetur. Ne vero in doctis (sicuti, & aduersarijs) ab errandi vox forte occasio foret, pleraque ex datis illa omnia legerunt Irenæus lib. 4. c. 3. Cyprian. 1. contra Iudæos c. 18. August. hom. 45. de verb. Dom. (vt obseruat Tolerius) ad locum Ioan. 8. & lib. 16. contra Iulianum c. 26. id Ioan. 5. Si enim Moysi crederetis forsitan & mihi: siue forsitan legit: pluresque Patres ad loca similia eam vocem omittunt teste Maldonato ibi, & Aleuino apud S. Thom. videatur nostri Ribera in cap. 2. Joel num. 22. Toler. & Maldonat. proxime Salmeron Prologom. 16. & ubi nuper Ruiz d. 70. sect. 2. qui eruditissime ex Patrum consensu ostendunt particulam forte in his, & similibus scripturæ oraculis nihil de pleno certoque affirmationis sensu minuire, sed vel ad nostram incredulitatem ostendendam apponi, vel, vt voluntatis nostræ, cui præauntyus cunctus contingens est, liberat eas vocis contingentiam sonantis additione monstratur.

6. Secundo hoc sensu appositam censet Hieronimus ad c. 26. Hycem. fatius: Verbum ambiguum forsitan Malefati Dei non potest conuenire: sed nostro legitur affectu vt liberum hominis seruetur arbitrium: quibus cononat ad caput 3. Ezechiel, & ad id Matth. 2. Forsitam verebuntur filium meum: sicuti & Chrysost. hom. 77. in Matth. col. 11. Remigius apud caten. S. Thom. ad quem versamus locum, in cuius commentario, & in cap. Ioan. 5. sine. Hæc S. Thom. dicit: Forsitam ad significandam libertatem arbitrij, non quod in Deo sit aliquod dubium. Primo sensu sic explicat locum Ioan. 5. Augustin. tract. 3. in Ioan. sub init: Ille, qui omnia scit, quando dicit forsitam, non dubitat, sed increpat. Attendente enim, quomodo increpat dicitur ipsam forsitam, quod videtur esse verbum dubitationis: sed dubitationis verbum est, quando dicitur ab homine ideo dubitante, quia nesciente: cum vero dicitur à Deo verbum dubitationis, cum Deum nihil lateat, non opatur dubitatio. Quo ipso sensu alia dubitatio particula Luca 18. num. 8. Putas ne inuenies fidem super terram vltum Dominum addit: atque grammaticè interpretantibus similia Christi verba acriter succentet, & minatur. In eum fere sensum aliter recidit, quem dubitatio particula Ezechiel. 2. Matth. 24. & loco Luca proximo dedie M. Gregor. hom. 9. in Ezechiel: nimirum, ut rei dissensu ostendatur: sicut ergo forte & similes voces Dei, atque eius nomine loquentium, ac prophetantium certitudinem scientie Dei de præauntyato Patri, & interpretum omnium sententia non obesse, sed pro materie diuersitate aliud quid ex dictis, non autem dubitationem profere

rentis significare videantur. Salmeron Prolog. 16. pag. 406. Riuera proxime, Vazquez, Soar, Molina hac de re disputantes, apud quos plura extant Patrum testimonia aduersam eius vocis rigidius, vel remissius interpretationem damnantia: multo vero plura apud Ruiz citata d. 70. sect. 2. illud demum, quod increpatio, & iudicium non de conditionatis; sed de absolutis operibus esse debeat, certissimum est; at ex his, quae alij sub eisdem signis fecissent, quibus Iudaei exobedierunt, aperte conuincitur maiori hos oblatione, quam illos absolute peccasse: quare merito remissius Tyriis, & Sidoniis, quam Iudaeis huius iudicium fore. Non quidem ob conditionem illorum penitentiam, & fidem; sed ob minus grauiam infidelitatis, & impenitentiae absoluta peccata, quae leuiora quam horum Iudaeorum fuisse conditionata fide, & penitentia illorum sub eisdem signis manifesto conuincuntur.

7. His testimoniis plura alia emphasis, & efficacia ad rem hanc similis facili erat annectere. Illud in primis Abrahae ad diuitem epulonem de tartaro clamantem Lucae 16. *Si Moysen, & Prophetas non audiuimus; neque, si quis ex mortuis resurrexerit, credent, ubi est tui natura oppositum potius coniectandum videbatur. Siquidem miraculi veritate, & defuncti, rediui conuersos etiam obstinatissimos sepe legimus; conuertendosque potius, quam viuorum praedicatione, & librorum lectione alios praeter experientiam ratio suadeat c. 22. sine: si vobis dixerero, non credetis. Item Ioan. 4. Si scires donum Dei, tu forsitan petisses ab eo, cap. 5. Si enim crederetis, Moysi crederetis forsitan, & mihi quorum primo forsitan, ut petita libertas denotaretur dictum volunt Patres, & interpretes recitati in secundo illud Maldonatus, & Aleuinus ex vetustissimis codicibus, & authoribus omittunt, in quibus Cyprianus, & Augustinus 16. contra Faustum, Item illud Ioan. 6. Iesus ergo cum cognouisset, quia venturi essent (scilicet si ibi maneret) ut raperent eum, & facerent eum Regem (humanum) fugit iterum in montem ipse solus. Ex quibus aliisque quam plurimis (quae nec referre, nedum expendere opus est, nec vacat: maxime cum videri apud Ruiz supra omnia possunt) liquet non magis aperte ex sacra pagina deduci futurorum absolute, quam conditionatorum praedictiones, & oracula diuina: quare neque alia aliis certius a Deo cognita, praeteraque esse: ut, quidquid certitudinem, & infallibilitatem scientiae diuinae de conditionatis quatiar, impulsu eodem de absolute futuris infallibilitatem quasser, vel potius euerter: sed praestat iam absurdiores nouiorum, & nouatorum euasiones praedicere.*

CERTAMEN V.

*Anonymi, & Caramuelis euasiones ob-
turato clauduntur.*

1. Absurdus longe respondit Anonymus apud nostrum Annatum d. 2. quest. 3. a num. 52. Primo: Christum, quia hominem solum habuisse conditionatam penitentiam Tyriorum, & Sidoniorum scientiam, non qua Deum; sed certe, vel, qua homo, vere cognouit, vel secus: si secus: ergo falsa eius, qua hominis scientia creata fuit, quod est haereticis blasphemia. Si vere verumque cognouit: ergo Deum haereticis etiam veritatis alicuius secundum se absolute cognoscibilis fateretur ignarum, & omniscium negat. Respondet secundo: cognitam a Deo fuisse probabilem, & moralem connexionem fidei, & penitentiae Tyriorum cum miraculis, signis, & praedicatione: in primis cum miraculis, &c. apud eos facta absolute non fuerint, connexio illa absoluta esse non potuit, sed conditionata. Nec satis erat connexio possibilis: hanc enim cum negatione fidei, & penitentiae ea signa habebant: quare neutra determinate, sed vna, vel altera vel potius utraque indifferenter (vtriusque eorum actuum libertatem opus erat) & sub distinctione cognoscit a Deo, praedicique poterat: imo connexio

possibilis, seu in statu possibilitatis praecise cum tam ad actus eos, quam ad eorum negationem sit, implicat in terminis, quod sit cum altero eorum extremorum determinata, atque cum eo sit absolute connexio, & vt talis vero a Deo cognoscatur: sed, ad summum, alterum. Tertio: cum, iuxta huius sententiam memoratam praefat. disputat. num. 2. scientiam vitiis certo Christus, qua Deus etiam, videtur penitentiam Tyriorum absolute non esse sub signis, quae absolute illis non adfuerunt: ergo neque absolutam horum cum illis connexionem: ergo non potuit videre connexionem illam penitentiae cum signis probabilem, & moralem ni videat aliquid aliud diuersum ab eius possibilitate, & functione absoluta: quod nihil aliud est ab statu conditionato connexionis, & penitentiae illius, quam verum, & cognoscibile, ac subinde a Deo cognitum esse solummodo contendimus. Quarto signa illa potius cum infidelitate, & impenitentia Tyriorum probabilem, & moralem connexionem habere ostendimus cert. 4. n. 4.

2. Tertio: ex innominatis aliis respondet: Christum Dominum nihil minus, quam de conditionata Tyriorum penitentia cogitantem per exaggerationem fuisse loquentum. Amentia, blasphemia, & haereticis plena solutio: ne cogitare quidem Christum de extremo comparationis, quo serio affirmat, & iuste reprehendit, & duritiam exprobrat ipsi, & iuste reprehendit. Respondet quarto: Dominum solum prudentem more iuxta Aristotelis Rhetoricam non admodum affirmare, etiam quae certo sciunt, loquentum dubitantem ibi locutum. Sed quoniam solutio hac, etsi ad sententiam dubietatem affatim disiectam certam. 4. a num. 5. recurrat, non tamen ad dubitatum particulam forte, vel forsitan pronocat: sed ad Aristotelis rhetoricam: inde disiectum da erit. Primo: quia, si solum prudentem more ex Aristotelis doctrina, & praxi locutus eis locis est: ergo, cum illi iuxta id praecipit, quo certo sciunt, dubitantem proferant, & debeant proferre: id quod ipsorum more, ex eoque praecipit Aristotelico dubitantem de conditionate futuris dixit, & certe nouit, ac nosse debuit, vt contendimus. Alioqui, non ex eo rhetorico Aristotelis praecipito, & solum prudentem exemplo; sed ex ignorantia dubius loqueretur. Secundo oportebit, si ea arce, & exemplo locutus ea testimonia tam in vulgata, quam in Hebraica, graeca, & aliis omnibus editionibus aliter, quam huculque existeret interpungi, atque eius, & similium testimoniorum finibus interrogationis notam apponi; quam in nullo, siue originali, siue editione habetur. Ita enim suo illo rhetorico praecipito quodcumque vsus Aristoteles fuit: notamque aliquam interrogantis suis sententis modeste adhibuit an. vel ne. Tertio: id quod additur in textu, mitius cum Tyriis in iudicio agendum omnem dubij speciem excludit: quod etiam in materia ferre increpationis per comparationem ad meliorem dispositionem Tyriorum ex conditionata eorum sub iisdem signis penitentia comprobata locum non habet. Denique quomodo Christus cognoscens certo (vt fateretur Anonymus) non futuram, sub ea adhuc hypothesi, affirmaret: an id praedictum solum, an potius garrulorum, & mendacium?

3. Facilioris, quam felici ingenij Doctor Caramuel Benedictinus theologiae fundamentalis thesi 6. in hac controuersa, ab schola nostra discedit conel. 1. scientiam mediam negans: & a decretis Dominicanorum recentiorum absolutis subiectiue, & obiectiue conditionatis conel. 2. & 3. statuit conel. 4. conditionata contingentia, quae necessario ab alio absolute non inferatur absolute futuro non esse determinare vera, vel falsa: nequiquamque conditionate fore potius, quam non fore; & conel. 5. futura conditionata contingentia, quae habent causam absolute futuram, a qua necessario, & infallibiliter oriuntur, si adit conditio, habere determinatam veritatem: inde conel. 6. concludit: huius generis esse conditionata contingentia, quae locis scripturae datis praenuntiantur: & Davidis traditio Sauli a Zelitris, si apud eos maneret; sub ea, inquit, conditione foret ex absoluta hac saltem subiectiue Saulis voluntate multis diebus absolute duratura: si David Zelta manere descendat, & illam euertat: ut quia subiectiue etiam absoluta Zelitrum voluntate

luntate diebus totidem duratura: si David maneat, & defendat Saul, peratque illum tradidit: Ex utraque animi voluntate absoluta subiective, & Saulis ad Zeli- tas descensus, si ibi maneret David, & huius ab illis, si Saul descendere, traditio necessarii, tanquam ab abso- luto causis sub eis conditionibus operaturis, necessarii inferuntur sub conditionibus eisdem. Item Hebræorum idololatriæ, si ad alienigenas mulieres ingrediantur abso- lutam causam designat eorum voluntatem absolutam con- cedendi idololatriæ vxoribus, quod primo petierint, & aliam harum petendi ab eis primum, ut colant idola. Id Ezechiel 3. Si ad illos Babilonios mitteris, ipsi te audi- unt, & penitentiam Tyrionum & Sidoniorum condi- tionatam causam habuisse absolutam in eorum absolutis efficacibus conuerendi se, & obediendi, si ea signa, & prædicatione Ezechielis ipsis exhiberentur. Illud demum Sap. 4. Rapus est, ne malitia mutaret intellectum eius, & procurrere posse, ait, ex decreto absoluto libero volun- tatis humanæ per duos, & dies perseveraturo respicien- te obiecta de seindifferencia, quæ primo die ab extrin- secus adiacentia sunt bona, & secunda verò die ob superue- nientes circumstantias sunt mala: quas tamen Deus, quin scientia media utatur arbitrio humano illaso poterit im- pectare. Quid enim prohibet, quem pridie diei ieiunij specialis Matriti nil de eo cogitantem voluntate efficaci biduo duratura statuere eis duobus diebus carnare: & ta- men amici precibus Matritio Complutum adire, & ibi carnare: hunc autem neq. biduali voluntate ex præcepti inadherentia Matriti concepta peccaret, neque contra Compluti, ubi ieiunij præceptum aperat ex ea voluntate pridie concepta, & perstante, exequa: quare opti- me abique vlla scientia media, cuiusvis visu intelligitur quo- modo ex voluntate illa efficaci Matriti concepta, & bi- duo duratura, si ibi secundo die maneret, carnando pec- catum: si vero Complutum adire carnando non pec- catum: ac proinde ex ea absoluta voluntate, & causa sub conditione manendi Matriti, vel adveniendi Complutum, utrumque infallibiliter, & necessarii fore cognoscere, tur.

4. In primis opinatio hæc futura contingentia condi- tionata, quæ supponit, evaeat. Siquidem concl. 4. & 5. ait: contingentia conditionata, quæ causam absolutè fut- turam, ex qua necessarii, & infallibiliter sub ea hypo- thesi non inferantur, haud quaquam fore magis, quam non fore; eaque solum contingentia conditionata deter- minant fore, quæ eiusmodi causam absolutam suæ exi- stentie necessariam sub ea hypothesi habent: ergo eius- modi conditionata contingentia, & libera, quæ talia esse supponit, contingentia, & libera (contra tuam ipsam suppositionem) minime sunt. Patet: quia supponunt causam sub sui ea hypothesi infallibilem, ac necessarii de se conexas cum ipsis sub ea conditione, atque sub eadem cum ipsorum negatione impossibilem: qua so- lum de causa sup. combustio sub conditione applica- tionis ignis ad ipsam conditionatum contingens, & libe- rum non est. Evidens meo, & plurimum iudicio ratio hæc dissequenti contra Dominicanos Recentiores virgenda ad hominem, ut aiunt, Caramuelem convincit. Primo enim Concl. 2. & 3. physicam prædeterminationem, & decreta efficaciam contingentis conditionati absoluta ex parte actus, & conditionata ex parte obiecti hac ipsa ratione negat, & refellit, quod contingentia, & libera condi- tionata non essent: quia causam necessarii conexam sub illa conditione cum euentu, & cum eius negatione in- composibilem in eis decretis haberent. Confirmatur: quia per te ad futurum absolutum contingens, & libe- rum principia omnia indifferentia debent esse ad verum- us, & prædeterminationem physicam, recentisque Domini- canorum decretum alegandum: quia sunt principia determinationis futurum absolutum de se conexas cum il- lo, & cum extremo opposito, seu eius negatione incom- posibilia: quod totum habet causa quævis absoluta nec- cessarii conexas cum futuro sub hypothesi, & cum eius negatione impossibilem: ergo eius pro eo statu contin- gentia, & libertas, quam adtrahis, tuâ hæc doctrina ex- tensa etiam principis perit: inde arguo ad hominem Ter- tiid: sublata necessarii per te causa absoluta necessarii, & infallibiliter de se conexas cum futuro absoluto contin- genti, & libero non erit absolute futurum absolutum

contingens potius, quam non erit: ergo sublata causa absoluta contingentis conditionati conexas necessarii, & infallibiliter de se cum eius futuritione sub hypothesi sua non erit magis, quam non erit conditionate. Quarta: nul- lum contingens conditionatum potest determinare esse conditionate futurum sublata causa absoluta determi- nante necessarii ad ipsum sub ipsius hypothesi: ergo su- blata causa determinante conexas quempiam contin- gentem sub hypothesi, sub eadem hypothesi erit negatio contingens ipsius determinatæ, quod est aliquam verita- tem contingentem, & conditionatam esse, in eo nega- tiones omnes determinatæ: vel, ut proprius loquar, deter- minatæ non esse potius, quam esse contra tuam hanc conclusionem 4. Patet consequentia: Nam deficiente causa essentialiter requisita ad quemvis effectum in quo- vis statu ponendam, loco eius ponitur necessarii in illo ipso statu eius negatio.

5. Sed in consequentiis missis, & doctrinæ repugnan- tiis Caramuelis discursus nihil in his, ad quæ extendi po- test, conficit, neque ad contingentia omnia conditionata potest extendi. Constat primum: quia nulla voluntas creata, quantumvis absolute duratura, de effectu sub hy- pothesi aliqua edendo, se sola illum potest absolute sub illa ponere abique aliquo Dei decreto, aut voluntate ipsum etiam concursu suo apponendi: cum & hic essen- tia sua à Dei voluntate pendeat, & creata omnes causæ à causa prima pendeant in operando: atque per te non sup- ponitur decretum absolutum Dei subiectivè, & obiectivè conditionatum de contingentia illo futuro conditionato sub sua hypothesi, ut constat ex tua concl. 3. quod ergo decretum Dei liberum absolutum ad futuritionem illam determinatam contingentis sub ea conditione à voluntate creata voliti, pro priori ad purificationem conditionis iuxta tuam doctrinam hanc requisita, principaliter quide- dem essentialiter requisitum, vel pro posteriori ad hanc voluntatem creatam, quod tamen ex ipsa necessarii, & infallibiliter inferatur in Deo futurum? Etenim in decre- to absoluto subiectivè, & conditionato obiectivè, de effe- ctu eodem sub eadè hypothesi, sub qua volitum efficaciter, & perduratur à voluntate creata fuit, ab hac sola, nequa- quam necessarii infallibiliter physicè, & metaphysicè (ut oportebat ad divinæ scientiæ infallibilitatem de ea contingentia conditionato) Deus potest, ut sub ea condi- tione posita ad illum effectum cum creata illa voluntate concurrere velit: ut sic saltem mediata infallibiliter ex voluntate tua absoluta creata contingentis sub hypothesi sua necessarii eius futuritionis, & inevitabiliter sit sub ea fixura. Si dicas, subintelligi & si non vi voluntatis crea- tæ possum ex parte conditionis, & in hypothesi etiam decretum concurrere diuinum. Dices quidem re ipsa bene: sed pessime contra te: quia decretum ad eum effe- ctum in quovis statu ponendum est æquè essentialiter in eo principaliter requisitum, quam voluntas, & causa quæ- vis creata, quantumvis essentialiter requisita ad ipsum: aut per te ad futuritionem determinatam contingentis il- lius non requiritur absoluta existentia decreti Dei, sed illud in hypothesi apponi est satis: ergo & voluntatem, seu quamvis causam creatam in hypothesi etiam apponi ad contingentis conditionatam futuritionem determina- tam satis erit: nec requiritur ad illam absolutam volun- tas creata ex parte actus, & conditionata ex parte ob- iecti.

6. Tertiid, & quod ostendit secundum (nempe do- ctrinam hanc ad omnia contingentia conditionata exten- di non posse) argumentum ostendo: Decreta contingen- tia, & libera diuina, quæ non sunt absolute, sed sub in- numeris hypothesibus forent, sunt contingentia deter- minata conditionate futura: & quorum nulla causa ab- soluta, & necessarii determinans, & infallibiliter con- nexa, nec creata, nec increata datur: ergo, & contin- gens conditionatum creatum determinare futurum abique vlla causa absoluta determinante, & conexas infallibili- ter cum illo sub ea hypothesi verè consistit: ex quo ut dixi, patet Caramuelis doctrinam ad omnia contingen- tia conditionata non extendi: siquidem non extenditur ad diuina decreta, imò neque potest extendi, ni decretorum diuinorum reflexorum & reflexorum in infinitum re- grediamur absurdè. Sed idem ostenditur de contingentia- bus conditionatis aliis. Etenim voluntas illa efficax, &

& perduratura de contingenti sub quavis hypothefi, quam Caramuel statuit, sub aliquod motuum fuit, ac non à causa aliqua determinata necessario, & infallibiliter ad illam, siue creata, siue increata, ut ipse statuit concl. 2. & 3. ergo fuit futura conditionate sub conditione, & hypothefi motui illius: à qua ergo causa absoluta determinata, & determinante illam sub eius motui conditione determinatam suam conditionatam futuritionem, & statum illum accepit? An ab alia voluntate efficaci reflexa absoluta ex parte actus, & conditionata ex parte obiecti, si motuum illud occurreret. Atqui & hæc rursus ex aliquo motuo fuit concepta, ac proinde statum, & futuritionem conditionatam sub eius motui hypothefi habuit, de qua redintegratur quæstio; quamnam absolutam, & determinantem causam determinatam suæ futuritionis, & status conditionari habuerit? Quod si ad aliam reflexiorem voluntatem absolutam subiectivè & obiectivè recurrat, de hac quæstio redibit, percurrendusque tibi erit implicatorius causalium, quæstionum, & responsonum processus, quem ambulando, nedum regrediendo, & transmeare stulti, & impossibilis laboris est: quare lassus tandem aliquas voluntates creatas à te assignatas pro eventibus contingentibus conditionatis revelatis, invenies quarum conditionatum statum tuâ hac doctrina componendas, pro quarum conditionato statu determinato statuendo causam absolutam determinantem assignare, invenire non possis. Accedit, quod in conditionatis pluribus eorum, qui nunquam fuerunt, neque erunt, voluntates eorum absolutæ, & efficaces à Caramuele assignatæ locum non habent, ut patet; neque vlla alia causa absoluta, ac determinans statum illum excogitabilis est: & tamen cognita eorum contingentia, conditionata futura à Deo Theologorum, & Patrum sententia est: quidcirco aliquos non esse à Deo conditos: quia cogniti à Deo fuisse peccaturi, si crearentur, merito supponunt. Potuisse autem eos post præscita eorum conditionata peccata, si crearentur, non creare: ac proinde peccatorum conditionatam futuritionem determinatam absolutam eorum efficacem voluntatem vllam minime supposuisse, à qua determinaretur, & penderet: docent Patres omnes illam quæstionem proponentes: *Cur Deus Angelos, & hominem, quos peccaturos præsciebat, si crearentur, nihilominus creaverit?* Cum ad eos non creandos in futuris conditionate eorum peccatis plus satis motui habuerit: nec parum pie suæ operæ impendunt in motuo diuino creandi illos, quod vitandis, si non crearentur absolutis peccatis prævaleret.

7. Sed ad locorum Scripturæ interpretationes Caramuelis ventamus, pro quibus nil in textu fundamenti, vel adumbrati, est, nihilque in eis, nisi temerariam diuinationem, & solutam per somnium phantasiâ reperies: Nam illud Sap. 4. *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius*, de infantibus ante usum rationis baptizatis decedentibus, in quibus voluntas nulla fuit, intelligitur ab Augustino. Sed neque in raptis adolescentibus iustus illa Caramuelis voluntas absoluta habet locum: cum à voluntate efficaci vitæ illorum provenire non possit peccatum, nec præviderit pro die mortis, in quo non erant, neque vllam eorum voluntatem: quare solum prævideri poterunt peccaturi, si tunc viverent, à voluntate alia non absoluta, sed conditionata, si perdurassent, ac diutius viverent: ac proinde exemplum illud de eo, qui Compluti canavit sine peccato ex voluntate concepta pridie, & perdurante, nihil præstat ad vim loci huius eludendam. Sed nec si perierat iusti posttridie ex voluntate pridie sine peccato à simili inaduerentia concepta infallibiliter inferretur peccatum posttridie illorum: quia, ut durans præscit non aliter peccatum posttridie cauere poterat, nisi quatenus sui durationem posttridie inferret: eam autem non inferret, nisi cum simili inaduerentia, cum qua non cauaret peccatum secundo die, sicut nec causavit primo. Voluntas enim ex inaduerentia peccati merè concepta, sicut, si tunc notitia peccati adesset, non conciperetur, ita ea adueniente secundo die, cessabit: quod si adeo pertinax per fas, nefasque agendi concepta fuerit, ut adueniente adhuc postea aduerentia peccati, non cesset (ut opus est ad inferendam infallibiliter sui persistentiam die postero cum aduerentia peccati) virtualis, & æquivalens, ac interpretativa peccandi voluntas, primo

etiam die foret, atque etiam si tunc adesset peccati notitia conciperetur: quare non iusti, ut supponitur tunc, sed peccatores: quemadmodum de promissione illa obstinata Herodis dandi saltartici agnate quiddam petiisset, et si nihil tunc de Ioannis nece cogitaret, temerariam illam, & sacrilegum homicidium eam reputant Patres communitè Augustinus ser. 16. & alij. Ad hæc: peccatum, cuius virandi gratia correptus iustus etiam adultus est, potuit esse voluntas aliqua prima prava, nec ab alia reflexa imperata, cuius respectu doctrina, & exemplum Caramuelis obviat.

8. Hinc pater temeritas interpretationis de conditionata peruerfione Hebræorum ad idololatriam; si ad mulieres alienigenas ingrederentur: est enim voluntate illa efficaci concedendi mulieribus illis quiddam primo peterent, idololatriæ petitio, & concessio non clauderetur expressè, al. ut audita petitione, non cessaret, ac proinde esset connexa infallibiliter cum idololatria sub hypothefi ingressus ad illas, oporteret, ut eius efficaciam, & obfirmationis esset, ut perfas, nefasque primam, petitionem, cuiusvis conditionis esset, concedi ab ipsis statueret: quare per summam iniuriam, & temeritatem Hebræos omnes tunc temporis Deo obsequentes, non idololatriæ; sed omnium seculorum ea voluntate, & interpretatione sistit eos: ut de Herodis voluntate dicebamus. Imò, cum ex sacro oraculo mulieres ab ipsis idololatriam petitas, si ad eas ingrederentur (id enim significat illud: *Certissime auertent corda vestra*) ipsis constaret, si adhuc in ea voluntate persistenter subiectivè absoluta, obiectivè conditionata, ut ex ea conditionata eorum idololatriæ futuritio determinata, iuxta Caramuelis doctrinam, confisteret, non virtuali modo, æquivalentem, implicitam, seu interpretativam cunctis Hebræis voluntatem; sed formalem, & expressam cunctis Hebræis affigit. Illa vero interpretatio ad locum traditionis David à Zeilitis, si apud eos maneret, impugnata ex dictis est: est enim ibi maneret multis de causis, & motibus, ac circumstantiis poterant Zeilitæ à semel concepta primo voluntate postea abfisteret, & quidem cum abcedente David, ac non adueniente Saul, nihil iam de illo tradendo Zeilitæ curarint, cogitarent, illius primæ voluntatis cessatio sub hypothefi abfessus David, conditionate etiam fuit determinate futura. Item primo conceptæ voluntatis tradendi illum, si ibi maneret, perduratio per conditionatam manere eius abfessu: cum tamen neutrius huius conditionati futuri causæ absoluta determinans eorum determinatam futuritionem conditionatam assignetur, ac nisi chimerica possit assignari. Denique obedientie Babylonum Ezechielis prædicationi, & penitentia Tyrionum ob signa à Christo apud Iudæos facta, si apud illos fierent, interpretatio in meliorem illorum dispositionem supra ab aliis allegatam, & à nobis impugnata certam. 4. n. 4. recidit.

CERTAMEN VI.

*Sententia nostra veritas Augustini te-
simonis illis etiam, que magis ad-
uersari videbantur, aperte illustra-
tur.*

1. **P**rimus ex Partibus producendus pro nostra Sententia Augustinus merito fuit: ut pateat, quam im- merito à primis Recentium Dominicorum contingentium conditionarum secundum se Scientiam negantium affirmanti nostre sententiæ clamabatur aduersus. Vidi- mus hæcenus aperta eius pro nobis testimonia ex cap. 14. de prædest. Sanctor. certam. 3. num. 7. ex cap. 9. de bono persever. & ex cap. 95. Enchiridij certam. 4. num. 2. per- que multo in eandem eius sententiam videbimus, d. se- quenti quæst. 1. & 2. ea tamen adducenda hic sunt, qui- bus nobis à Dominicis illis putatur aduersus, à nostris vero nihil fauens: igitur 9. cap. de bono persever. condi- tionata illa merita, & demerita semipelagiana sic refutatur.

Cum enim non dicatur ipsum Evangelium cum tanto la-
lore, passionibusque sanctorum frustra esse prædicatum,
vel ad huc etiam frustra prædicari, si iudicari poterant
homines, etiam non audito Evangelio, secundum contem-
plationem, vel obedientiam, quam prædicti Deus eos ha-
bituros fuisse, si audissent? Rursus ibi, & cap. 9. de
prædest. Sanctorum ex alio suo testimonio hæc recitat:
Dixi, quod in his temporibus, & his locis, quibus Evan-
gelium eius non est prædicatum, tales omnes in eius præ-
dicatione futuros esse, præsciebat, quales multi in eius
corporali præsentia fuerunt, qui in eum, nec suscitatis
ab eis mortuis, credere voluerunt. Hæc item: Quid mi-
rum, si tam infidelibus plenum orbem terrarum Christus
prioribus sæculis novit, ut eis prædicari merito noller,
quos nec verbis, nec miraculis suis credituros esse præ-
sciebat. Præscientia autem incredulitatis gentium præ-
scientia Christi Evangelij prædicationi, & signis eorum,
quibus ipse, prædictio, & signa absolute desuere, con-
ditionata solum esse potuit, non absoluta. Item eius in-
fidelitatis scientia motum Deum facit Augustinus, ut
Christi præsentiam Evangelij prædicationem, & signa
gentibus denegaret, à quorum absoluta positione absoluta
eorum infidelitas, acque ipsi incredulitas essentialiter
pendebat: ergo præscientia incredulitatis, quæ absolu-
ta eorum omnium gentibus pifcis denegationem præ-
dicationis natura antecessit, absolute incredulitatis gen-
tium non fuit: ne secundum esse absolutum ea infidelitas
prior esset natura, ac seipsa posterior: fuit ergo scientia,
quam his locis admittit, & allicit Augustinus in Deo in-
fidelitatis solummodo conditionata, si gentibus illis
Christi præsentia, Evangelij prædictio, & signa tunc
adessent: quare scientia conditionatorum secundum se,
sive conditionata, quam aditruimus.

1. Locus autem, quem Augustinus utroque illo cap.
memorat, est ex libro suo, siue epistola. 42. de tempore
christianæ religionis, contra Porphyrium, ut constat ex
cap. illo 9. de prædest. sanctor. in eius libris, quæ. 2. Cum
enim penitus apostata quæstiones sex, quas Paganorum
vocat Augustinus, obiecit. Secunda erat: male com-
posita necessitatem aduentus Christi, evangelicæ prædica-
tionis, & religionis ad salutem consequendam, cum eo-
rum per tot sæcula toti orbi, & per multo plura tot na-
tionibus irrationabili subinde dilatore. Redarguit ta-
men difficultatem Augustinus: quia male etiam compo-
nuntur necessitas religionis gentilem Apollinis, &c. cum
eius proinde irrationabili dilatore, & necessitas insti-
tutionum Pythagoræ ad pie, beateque vivendum à Por-
phyrio asserta, cum eorum per tot etiam sæcula, quibus
necdum innovare, irrationabili dilatore: communi igitur
difficultati Christianis, & Paganis, sic pro his respon-
det: Si tanta potestas fuisset Pythagoræ, ut ubi vel-
let, & quando vellet, sua dogmata prædicaret: si ha-
beret etiam cum ea potestate suorum rerum præscientiam:
fore, ut nunquam, & nunquam appareret, nisi ubi, &
quando sibi homines credituros esse prænoceret. Cuius
respondens, utpote aptissimi, acceptatione à Paganis sup-
posita, ita simili difficultati pro Christianis respondet:
Quid respondebunt si (excepta illa altitudine, sapientia,
& scientia Dei, ubi fortassis aliud divinum consilium lon-
ge secretius latet sine præiudicio aliarum fortè causarum,
quæ à prudentibus inuestigari queunt) hoc solum brevi-
tatis causa in huius quæstione inuestigatione dicamus?
Tunc voluisse hominibus apparere Christum, & apud eos
prædicari doctrinam suam, quando sciebat, & ubi scie-
bat esse, qui in eum fuerant credituri. Scientia autem
tam crediturorum, quibus apparuit, & prædicari Evan-
gelium voluit, quam incredulorum, quibus verumque
voluit exhiberi, non absolute incredulitatis horum, nec
que credulitatis aliorum fuisse: sed conditionatam eis
verbis ab Augustino assertam evidens est: tum quia in-
credulitas absoluta essentialiter pendere debuit ex præ-
scientia Christi, & prædicatione, quibus resistendum erat
absolutis: cum tamen absolute fuerint illis denegata: tum
etiam: quia scientia tam credulitatis, quam incredulita-
tis ab Augustino hic asserta præcessit decreto conceden-
di illis suam præsentiam, & prædicationem absolutam, &
aliis cum absolute denegandi: cum tamen absoluta cre-
dulus, vel incredulus (ac subinde alterutrum absoluta

scientia) alterutrum decerem, & absolutam existentiam
necessario supponas, & sequatur.

3. Huic mihi apertissimo Augustini pro nostra senten-
tia testimonio, nemo ex nostris fidei: retractatum utro-
que cap. 9. de dono persever. & de prædest. sanctor. suspi-
cantur ipsi, & adversarij clamant adhibito S. Thomæ sus-
fragio: & Annatus noster scientia ibi ab Augustino asser-
ta retractationem eis capitibus contineri ratus, eam non
quidam conditionatam toties constanter, semper, & ubi-
que ab Augustino scientiam assertam, sed absolutam
fuisse contendit d. 3. contra Theologum cursum Carmeli-
tani discalceati Salmanticensis; Ait enim: Augustinum
non tam ex propria sententia, sed ex præsumpta Paga-
norum approbatione solutionis, quam difficultati commu-
ni pro eis dedit de scientia absoluta loquutum, & ad ho-
minem quasi pro Christianis ex ea scientia absoluta res-
pondisse: ita enim solummodo locutum fuisse, non qui-
dem ex sententia propria verba illa, quibus eam doctri-
nam retractasse videtur cap. 9. de prædest. sanctor. sub
fin. satis producit: Cernitisne me sine præiudicio laticen-
tis concilij Dei, & aliarum causarum, hoc de præscientia
Christi dicere voluisse, quod convincenda Paganorum in-
fidelitatis, qui hanc obiecerant quæstionem, sufficere vi-
deretur. Cæterum, cum pro Paganis, quod pro eis dici
aptissime poterat, Christianis responderet, & quod pro-
inde ab illis libentissime admittendum esset, postereque
admissum ad cogendos, ut simili responsione pro Chri-
stianis adhibenda quiescerent, supponat Annatus: Res-
ponsio autem quæstioni & difficultati communi pro Pa-
ganis de gentium antiquorum (quibus nec Christus, ne-
que Evangelij prædictio absolute adfuerunt) de abso-
luta incredulitate, deque absoluta eius præscientia (ad-
huc ex hypothesi, quod eam præscientiam incredulita-
tis omnium antecessorum hominum Pythagoras ha-
beret,) adeo vecors sit, & in terminis ferè ipsis repugnans,
ut nuper ostendimus: quomodo ea aptissima, ut simili
pro Christianis ad Paganorum silentium responderet ab
acutissimo, & profundissimo Augustino iudicaretur? Quo-
modo insuper acceptandam illam responsionem à subri-
lissimo Philosopho Porphyrio crederet, & acceptatam
supponeret: atque à simili adeo explorato falsæ doctrinæ
& responsionis pro Christianis difficultati eadem audacter
diceret: Quid respondebunt? Quasi nec vnde doctrina
solutionis eius possit reici, vel impugnari?

4. Nec satis est: locutum fuisse Augustinum de abso-
luta præscientia infidelitatis absolute, quæ incredulitas
non esset, & repugnancia Evangelij prædicationi, & ad-
ventui Christi absolute suppositis. Etenim adhuc erat sto-
lidior difficultatis solutio: non venisse Christum antiquo-
ribus temporibus, nec tunc, cum venit, nationibus plu-
ribus prædicari Evangelium voluisse: quia infideles ab-
solute erant: potius enim, quia tales erant absolute fu-
turi, & si Christus eis adveniret, vel perveniret ad eos
Evangelij prædictio, futuri essent fideles, eis Christus,
& Evangelij prædictio videbatur merito concedenda, &
immerito, ut Pagani arguebant, denegata. Ac demum
Augustinus statim recitandus, responsionem hanc suam,
locum in Tyriis, & Sidoniis, qui absolute infideles erant,
& tales absolute præsciebantur, non habere face-
tur: quare absoluta infidelitatis præscientia vltimè mi-
mè fuisse in ea responsione Augustinum constat aperte.
Stet ergo Augustinum ibi, tam in responsione pro Pa-
ganis, quam pro Christianis, præscientia conditionata,
sive credulitatis eorum, quibus prædictio Evangelij
concessa est, sive incredulitatis eorum, quibus fuit abso-
lute denegata sub conditione prædicationis Evangelij fu-
turarum respondisse: sicut ex hypothesi, quod Pytha-
goras præscientiam similem eorum, qui suæ institutioni-
bus crederent, & obedirent, & qui eis repugnarent, si eis
exhiberentur, simili difficultati in Paganos a se retortæ
pro ipsis anteacto responderat: ut inde difficultati simili
à Paganis propositæ facilius satisfaceret.

5. Cæterum nunquam Augustinus utroque illo cap. 9.
eiusmodi responsionem, & scientiam propriissimam Dei
de conditionatis contingentibus sub hypothesi sui adven-
tus evangelicæ prædicationis futuris, quam hic defendi-
mus, retractavit. Nihil enim tale credi potest Augusti-
num fecisse de scientia toties à se constanter asserta. Se-
cundæ

cundo: quia si eam ex eis locis retractasset: retractasset etiam ex innumeris aliis, quibus eam docuerat, quod neque eis capitibus, neque alibi praestitit. Tercio: quia neque verba illa recitata sunt. 4. ex fine capitis 9. de praedest. sanctor. quibus, vel in primis, retractatio putabatur contigeri, quidquam retractationi simile sonant. Sed solum ea solutione sua aliis, siue ex occulto Dei consilio, siue a iude doctae adinuentionis solutionibus aditum occludere minime voluisse: sed ea tunc fuisse vsum, quae quaestioni, & difficultati tunc à Paganis obiectae, dissuendae sufficeret, quo & solidam veritatem doctrinae, & sufficientiam confirmat denuo potius, quam enervat: imo vero supina ignorantia eorum videtur, qui scientia media non vsum in ea responsione Augustinum, vel ea vsum nihilominus recitatis verbis retractasse arbitrantur: cum illis hac immediate subnectens denuo eam scientiam iterato verissimam asserat, & uti apertissimam sola eius simplicis propositione confirmet: *Quid enim, inquit, verius, quam praefisse Christum, qui & quando, & quibus in locis in eum fuerant credituri, & apud eos facta non sint, qui crederent, si viderent: quid respondebimus? nunquid dicturi sumus, quod in libro illo dixi, ubi sex quibusdam quaestionibus Paganorum (sine prauidicio tamen aliarum causarum, quas prudentes possunt inuestigare) respondi?* Recitataque ex parte responsione aptari proposita nunc à se quaestioni, & difficultati his facitur, *Hac certe de Tyro, & Sidone non possumus dicere, & in eis cognoscimus ad eas causas praedestinationis hae diuina iudicia pertinere, sine quarum latentium causarum prauidicio, tunc ita respondere me dixi.* Quibus, dum docet rationem illam responsionis ad quaestionem Paganorum ad nouam hanc suam extendi non posse, duo haec aperte demonstrat. Quod scientia credulitatis, & incredulitatis, ex qua tunc respondit, earum sub conditione solummodo futurarum, non autem futurarum absolute fuerit, ac proinde propriae, & mere conditionatae, non absoluta, si curi, & scientia, ex qua difficultatem hanc proponit conditionata solum, non autem absoluta est. Secundo, dum in utroque casu eam scientiam in Deo esse supponit, non retractat quidem sed eam in Deo esse confirmat. Quod secundum ex ipsa responsionis, seu rationis eius limitatione, ut ad praesentem hanc suam quaestionem extendi nequeat. Iterum confirmat: quia negatam absolute praedestinationem, & signa ait, etiam si sub illis futura praesciretur eorum fides, quae nec absolute fuit, nec praefixi absolute potuit. Confirmat iterum exemplo Tyrionum, in quibus fides quidem conditionata, & penitentia ad signa, & miracula Christi, si eis exhiberentur, praescitae à Deo fuerat: cum tamen, neque signa absolute exhibita sint, neque illis absolute posita fides. Longeque inferius rationi limitationis eius insistent in Tyriris obhismatus adhuc fidei, & penitentiae conditionatarum, si signa denegata fuissent ipsis concessa, futuritatem, & proprie conditionatam de illis scientiam tradit illis verbis: *Sed nunquid possumus dicere etiam Tyriris, & Sidonios, talibus apud se virtutibus factis credere voluisse, aut credituros non fuisse, si fuissent: cum ipse Dominus attestetur.* Quae cum à Deo pro conditionata scientia sint vulgaria, & trieta, miror aliquibus in mentem venire potuisse eam scientiam illo eodem capite ubi haec legunt, fuisse retractatam.

7. Sunt tamen c. 9. de praedest. sanctor. sub finem verba, quae, quasi paraphrasticè, responsionem suam ad Paganorum quaestionem continent, & scientiae conditionatae in responsione ad Paganos assertae, & tamen decreto absolute ex parte actus, & conditionato ex parte obiecti non iuxta retractationem Augustini Dominici recentibus,

ascio quo pulsu sonant; Annato vero nostro sonant scientia solummodo absolute Dei in ea responsione Augustini vsum. Sunt autem verba haec: *Posset etiam sic dici: tunc voluisse hominibus apparere Christum, & apud eos praedicari doctrinam suam: quando sciebat, & ubi sciebat esse qui electi fuerant in ipso ante mundi constitutionem.* Huius electionis nomine decretum suum subiecit absolute, & obiective conditionatum quasi ex Augustino adiunt aduersarij, cum tamen electio ante mundi constitutionem absolute omnino etiam ex parte obiecti decretum deuoluat, siue praedestinationem absolutam: indeque Iudeos absolute incredulos, sub aliqua tamen hypothese, quae non adfuit, credituros, & Christianos ideo electos ante mundi constitutionem, nonnulli subtilissime dicentes ait August. c. 16. de praedest. sanctor. & c. 14. de bono persequi. Vbi praedestinationem (quam electionem ante mundi constitutionem alias etiam appellat) designat, ab ea exclusos Tyriris, & Sidonios ait: *etiam hi, quam illi penitentiam actui essent conditionate.* Unde constat contra Dominicos primo: recitato loco, nihil prius subiective absolutis, & obiective conditionatis decretis per voces electionis ante mundi constitutionem contineri. Nec satis est, Augustinum aliquando lib. de praedestinatione Dei, qui post librum de bono persequi, extat, praedestinationem pro quouis Dei decreto etiam conditionato ex parte obiecti accepisse. Primo enim liber hic, ut Augustino indignus in indiculum certo non Augustinianorum operum reiectus à Lomanensibus in sua operum Augustini impressione fuit, quorum, & suo iudicio Pseudo-Augustiniani à nostro Eminentissimo Bellarmino damnatur: quod cum Ioannes à S. Thoma fateatur pag. 368. cum eo testimonio adeo instanter pro suis decretis ibidem vtiur, quam parum subsidij in Augustino sua illa decreta habeant, satis demonstrat. Secundo: etiam liber Augustini esset, eiusque pro his Dominicanis decretis allegata sententia: cum alibi semper praedestinationem, & electionem ante mundi constitutionem Augustinus pro omnino absolutis decretis vtiurperet: vnde etiam recitatis verbis pro decreto sup absolute ex parte actus, & conditionato ex parte obiecti electionem ante mundi constitutionem vtiurperat ab Augustino probantur liquidem communiori apud ipsum earum vocum acceptioni standum merito erit: non autem minus apud ipsum frequentius, imo semel tantum apud eum reperitur: ad sonantius, quam Thomae. Annatus noster eis verbis deceptus est cum enim praescientia illa responsionis ad Paganos citatis verbis fuisse illorum, qui electi ante mundi constitutionem fuerant, siue absolute prius praedestinati, Augustinus videatur asserere, absolute fuisse praescientiam docere videtur, non conditionatam: sola quippe absolute operum praescientia praedestinationem, etiam praedestinas absolute operaturus supponit, & sequitur: conditionata vero operum praescientia praedestinationem operaturorum minime sequitur, sed solummodo antecedit.

8. Verum recitata verba responsi ad quaestionem Paganorum periphrasis, seu explicatio non fuit, sed potius aliud responsum ad eandem continent quaestionem, faciente demum Annato aut. 60. verius: *Atque hinc etiam intelliges, id autem contextu capitis clarescet.* Conficius siquidem de abusu eius responsionis siue à Semipelagianis pro errore mentorum conditionatorum è propriis praedestinatorum viribus ad praedestinationem obtinendam vtiurperat respondet, se absque *latentis concilij Dei & aliarum causarum* tunc, quod satis erat, respondisse: additque: *Sed vtrum praedictum sibi Christo, à seipso habitum esset fidem? An Deo donante sumptum? Id est, vtrum eos tantum praescierit.* Ex propriis operantibus, an praedestinauerit Deus? (de quo cum Semipelagianis alia iam quaestio) *querere, ac dissuadere tunc necessarium non putauit:* & quamvis de praescientia, & praedestinatione absolute sit, alterius responsionis ad aliam Paganorum quaestionem, veritatem, & scientiam conditionatam, cui innotebatur, non euacuat: cum quia non fore donum Dei fidem absolutam eorum, quibus ex meritis propriis, & naturae virtute habitis, siue conditionate, siue absolute prauius contans ubique sententia Augustini contra Pelagianos, & eorum reliquos Semipelagianos est asserta.

scientis: *Item gratiam non fore gratiam*: tum quia ab statu absoluto ad conditionatum inenitabilis consequentia sit proposita de operibus in statu absoluto quæstione, an virtus natura, an ex Dei dono debeant esse absolute futuræ: æque statuto Dei dono, & gratia, seu prædestinatione, non autem naturæ virtutis esse absolute posse: nec posse in statu conditionato absque Dei gratia, & prædicatione conditionata esse diffinitum implicite, virtualiter, & æquivalenter esse. Unde id fortissimè de conditionatis operibus, ex quorum præscientia Paganis respondit, quæstionem hanc: An sub hypothese etiam gratia Dei, nec solum sub hypothese solius externæ prædicationis & naturalium virtutum essent conditionata futura etiam contra Semipelagianos? Vltimus in terminis proponere, ac diffinire opus Augustinus non fuit. Unde, ut huic novæ quæstioni, & errori occurreret, addit statim verba, quæ præfatos Doctores deceperunt: *Proinde quod dixi: tunc voluisse hominibus apparere, &c. posset etiam sic dici: Non quidem idem ipsum sensu, & sententia invariata; sed plane additis quæ contra Semipelagianum errorem; & ad denuo subortam cum ipsi controvertiam necessitatem erant, poterantque ex statu operum absoluto, de quo hic contra Pelagianum errorem agit, ad conditionatum de quo in responsione ad quæstionem Paganorum egerat facile, ab quoque traductum, & immediate adtingit Augustinus: Sed quoniam, si ita diceretur, lectorem facerent intentum ad ea requirenda, quæ nunc ex admonitione Pelagianorum necesse est copiosius & laboriosius disputari, visum mihi est, quod tunc statim erat breviter esse dicendum, excepta, ut dixi, altitudine scientiæ Dei, &c. quæ in negotio absolute gratiæ, & prædestinationis diuinæ, (de qua cum Pelagio, eiusque reliquis) intercedunt. Ex quibus liquet opposito loco ad controvertiam nonnā prædestinationis, & electionis visum quæ conditionatam sequitur, ex qua ad quæstionem Paganorum respondit Augustinus, nūquamque eo loco retractare; sed suppositum, & virtualiter ex gratia etiam Dei eam etiam statum sortiri bona opera conditionata donati: totiesque illis ipsis capitibus, quibus eam retractasse putaret, citius, fortiusque confirmavit, & asseruit.*

CERTAMEN VII.

Ex aliis Patribus eadem sententia monstratur.

Plus æquo certamen crederet, si omnia, quæ ex Patribus selecta eruditione congerit Didacus Ruiz de Montoya d. 65. & 66. recitaretur: maxime, cum eorum plura de mediis conditionatæ cognitionis postea sint opportunitas recitanda. Deditus Propter præcipuum posuit Augustinum diuinæ de contingentiis conditionatæ futuræ securum se sumptis scientiæ patronum cert. 4. num. 3. debimus nunc Patres alios eidem in materiis diuersis contra omniſcientiam Dei difficultati respondentes, & ad puram scientiam contingentium conditionatorum secundum se suis responsis confirmantes. Ita illam proponit Cyril. Alex. 9. in Ioan. cap. 10. Si omnia scire Christus creditur, cur Iudam, qui futurus proditor erat, elegit? Cur Simeon elegit, qui sceleris gratiam tuam speraturus? Cur primum hominem de terra formasti quem scilicet mandatum tuum non seruaturum? Cur Angelorum naturam creasti, cum, ut Deus, prævideris futuram naturarum rebellionem? Atque in vno, vel altero vel electis à Deo ex præscientia euentus, quæ ipsum posset resistere, ad munus aliquod, vel creatis; eandem Patres ad quæstionem proponunt: in qua planè futuri euentus sub creationis, electionisve ipsarum præscium Deum factum, ut ter quareque fallus proxime est Cyrilus: ac subinde contingentium conditionatorum secundum se sumptum præscium Deum aperte farentur. Secundo: posset, vel peccatores non creare, vel electione, aut doctus suis abusus non eligere, suave gratiā non donare scientiæ absolute futuri ab illis abusus creationis, electionis, & gratiæ esse non potuit: quia absolute futurus eo-

Cyrius, de Orrege, de Deo Pno. Tomus I.

rum abusus illa omnia absolute existentia, atque absolute à Deo facta, & donata supponit: quare ad ea, vel non faciendā, vel non donandā abusus eorum absolute præscientiā absolute nullam Deo relinqueret electionem, & potestatem: sicut neque quæstioni locum. Sed nec iusticiā simplicis intelligentiæ, seu possibilitatis puræ abusus eorum donorum: Tum, quia, & futurus à Patribus dicitur, quæ vox in solum posibilitatē non cadit: Tum, quia, & reliquis à Iuda Apostolis, & Angelis bonis (de quibus nec quæstio est, neque esse potest, creationis: electionis, & gratiæ) abusus possibilis fuit, talisque à Deo præscitus, & antequam eis donarentur, & postquam eis fuerunt donati: siquidem ita illis vti bene sunt, ut abuti tunc etiam absolute possent: ergo præscientia Dei de futuro præfatorum abusu creationis, electionis, & gratiæ ad eam quæstionem à Patribus supposita, & altera abusus contingentis conditionatæ solummodo futuri aperte fuit.

2. Sed hoc ipsum solutiones quæstioni huic à Patribus datæ apertius ostendunt. Cyrilli solutio ibidem sic habet: *Ex istis, ceterisque huiusmodi istud porro sequitur, ut præcognitionis causa, nihil omnino creare debuerit, aut insensatam naturam solummodo producere*: Iguā absurda illatione, non solum probat præscientiam conditionatam abusus illorum, si crearentur, aut electione, & gratia sua donarentur: præhabita ab eorum creatione, electione, donorumque collatione absistere Deum non debere: verum & rationalium omnium, quos condidit, condere absolute potest, similem conditionatorum euentuum sub conditione futurorum scientiam Deo adesse. Confone in eandem sententiam scribit 1. in Genes. col. 3. *Quod homo corruptioni subiceretur* (vtrique si crearetur, futura) *Creator omnium minime ignorauit: imo verò id certo sciebat, cum creare decreuit*. Tertull. 2. aduers. Marcionem, eadem in Iudæ, & Saulis electionibus difficultati respondet: *Deus præsentia indicat, id est absolute, non futura (conditionatæ) nec condemnat ex præscientia, quem nouerit talem fore, qui sibi displiceat* (si eligatur 1.) *sed tanta bonitatis est & ineffabilis elementia, ut eligat eum, quem interim bonum cernit, & scit malum futurum* (si eligatur) *dans ei potestatem conuersionis*. Anselm. eadem difficultati in malis Angelis ita satisfact acutè: *Propter ornatum sui operis: ut enim pictor nigrum colorem subseruit, ut albus, vel rubens pretiosior sit: sic in collatione malorum iusti clariiores sunt*. Augustinus eadem difficultati contra demonum, & hominum à Deo creationem oppositæ sic respondet 2. de Genesi contra Manich. t. 28. præfatum de eorum lapsu, si crearentur, creasse nihilominus eos Deum: quia de peccato, nulla bona opera facere poterat, & 11. de ciuit. cap. 17. post med. *Quoniam Deus, cum diabolum conderet, futura malignitatem eius non erat vtrique ignarus: & prævidebat, quæ bona de malo eius esset ipse salturus*, cap. 18. ult. *Neque enim Deus vultum non dico Angelorum; sed vel hominum crearet, quem malum futurum esse præscisset, nisi pariter nosset, quibus eum bonorum vrbis commodaret*. Nyssenus Orat. Cathec. cap. 8. præscientiam lapsus Adam, si conderetur longe à med. his faceret: *Quod enim à bono homo esset auerterendus, non ignorauit, qui omnia suo dominatu continet, sua prævidendi virtute aqne intuens id, quod deinceps (post decreta sua) futurum, atque id, quod præteritum*. Et tamen merito hominem ita præsumit auerendum, si conderetur fuisse creatum sic probat: *Quid ergo erat melius? An nostram naturam non omnino ad ortum deducere, quoniam videbat futurum, ut à bono aberraret? An eum aberrasset, & morbo laborasset reuocare ad gratiam, quam habuit ab initio? Atque hoc extremum melius fuisse concludit*.

3. Damascenus aduersus Manich. circa med. & Chrysost. hom. de anathemate communi vtrique sententia eadem quæstioni respondet: *Mortuus est pro inimicis, pro Tyrannu, pro maleficiis, pro esuribus, pro crucifigentibus, atque pro his ipsis, quos tales fore ante constitutionem mundi sciebat: eosque præscius formauit vincente præscientiam bonitatis*. Vtrique conditionata scientia abusus futurum beneficiorum ab illis conditionatæ futuri, si crearentur: nam præscientia illius abusus futuri post absolutam illorum creationem ab ea Deum retardare non poterat, quam factam supponebat: quare nec cum illa certare Dei bonitas, ut vinceret. Idem Chrysost. hom. de Adam, & Eua, col. 2.

col. 2. *Constituitur uniuersa lingua, Deum presagum esse futurorum; antequam (natura prioritate) essent uniuersa. presciuit prauaricaturum primum Angelum, & primum hominem, scilicet conditionata scientia futuri hominis casus, & casus Angeli, ex cuius creatione ab infidelibus impugnari illam posse ait: quia qui presciuit, nec praeceptum videtur homini impositurus, neque Angelum creaturus: cum, & illius impositione, & huius creatione ex ea scientia merito abstineret: solum autem abstinere eis poterat ex conditionata futura sub conditione casus, non ex absolute futuri absoluta praescientia: quae & creationem Angeli, & hominis absolutam, & absolutam praecepti impositionem necessario supponit: & in Angeli creatione respondet: *Omni ratione sciuit Deus futurum irreparabilem casum eius, sicut sciuit quanta bona facturus esset de malo eius: atque in bonis ex malo subortis numerat: ut boni eorum comparatione fierent clariiores: Sicuti & Anselmus recitatus n. 2. In praecepti vero impositione Adam inferius respondet: Deus noster faciens hominem dedit praeceptum in creatura, id est, in arbore: eligens, ut per transgressionem in creaturam peccaret, quam sine mandato in creatorem offenderet, in Deum ipsum superbendo: ut de Angelis dixerat nuper.**

4. Theodoretus, quest. 36. in Genes. *Deus, qui nondum facta sunt, perinde nouit, ac si facta iam essent: quapropter prauidens, & presciuit ipsum Adam mortalem futurum ob violatum mandatum, talem naturam eius iam ante composuit.* Ne vero quis haec, & similia Patrum testimonia de scientia coniecturali, aut probabiliter solum conditionatae futuritionis euentus distorret interpretetur, aduertat praescientiam à Patribus conditionatis euentibus contingentibus assertam visionis, & intuitionis eorum nominibus saepe in suis testimoniis appellari: quae sanè voces in coniecturalem solum de illis, siue de illorum probabilitate pura minime cadunt. Secundò: ratione omniscentiae suae ea omnia scire, atque non secus, ac si iam facta, & praescientia essent, non est solum coniecturaliter, & euentus probabilitatem scire. Audiendus Olympiodorus, & Polychronius in Catena Graeco. Patrum, nostri Comitoli in Job ad capitis 1. verba: *Ecce uniuersa, quae habet, in manu tua sunt: ita loquentes cum futuri ignarus sit diabolus: neque in hominum corda insinuare se penitus possit, frustra sibi eladem iusti pollicetur: & tamen tentationum pondus ad inclinandas nostras voluntates in ruinam; maxime cum adeo sunt arumnae, & calamitates ingentes: quare casurum à iustitia, & patria lobum & coniectabatur, & ita probabile diabolus merito iudicabat, ut de illo triumphum sibi polliceretur: frustra tamen aiunt hi Patres: *Verum Deus (Pergunt) qui multo ante prospicit, cum de iusti victoria minime dubitaret (dat autem coniecturalis, & solius probabilitatis de euentu scientia dubio locum) ut pro sua libidine in virum frangi impetum faciat, diabolo largitur.**

5. Respondet Ledesma, mutatis à Curiel verbis, controu. illa 7. praescientiam à Patribus assertam eorum euentuum creatione, & electione &c. esse priorem iuxta eorum verba; decreto vero creandi, eligendi, &c. posterioriorem: ac subinde absolutam, non conditionatam. Arguebatur enim ab ethnicis, vel Deum tollendum, si eorum euentuum futurorum scientia tolleretur: cum autem conditionata tunc, nec nota esset, nec nominata, de absoluta planè loquebantur: vel ab eis futuri rationem malitiae: quia cum à Dei praescientia necessario homines agerent, ne eius infallibilitas operum omissione cassaretur, si liberè adhuc, ac non necessario agerent, tota operum malitia refunderetur in praescium Deum. Contra primo: quia, si praescientia illa absoluta, & absoluto decreto creandi, & eligendi erat cum eo absolute posito (utpote cum negatione absolutae creationis, & electionis pignante) creatio, & electio non apponi absolute nequirit: ne à Bardis quidem, nedum à Philosophis, & acutissimo Porphyrio proponi difficultas non posset: neque ea notissima ratione adstante, quae locum questionis pracludebat; alias Patres ei questionem incallum occurrerent. Secundò: cum à Deo non aliter creatio apponi, nisi per decretum suum de illa possit: rogare: cur creauerit idem est acrogare: cur creare decreuerit, cum praescierit? Cum

autem ex praescientia absoluta, & supponeat decretum non potuerit non decreuisse, seipsa quaestio euaneceat. Tertiò: quia quaestio non in eo itabat, quod praescientia infallibilitas cum nostra libertate componeretur: ac proinde, vel Deo imputandum esset peccatum, vel Deus defectu infallibilitatis, & veritatis suae praescientiae, sibi identificatae esset tollendus; sed quomodo, euentus mali praescientia, si homo crearetur, v.g. cum adhuc posset non creari à Deo, cum huius bonitatem ipsum creare compati posset: quare de scientia conditionata conditionare futuri euentus, non de absoluta absolute futuri, cum qua non poterat non decernere, siue non decreuisse, erat quaestio, vel in Deo non dari, vel Deum ita praescium, nihilominus hominem, vel Angelum absolute creantem bonum non esse: quare, licet scientia conditionata, seu media nomina tunc, nec Philosophi, nec Patres nolent: quia eius nomenclaturae destinatus à Deo parochus Molina noster, necdum aduenerat, rem tamen ipsam Philosophi, & Patres ita nouerant, ut eius definitionem dederint, dum praescium Deum futuri lapsum hominis, & Angeli, antequam eos creare decremeret (quod ipsum est si crearetur) in quaestione, & responsionibus supponunt, & probant: quia omniscius, seu omnium cognoscibilium, & veritatum, (in quibus non minus, quam absolute futura contingentia, conditionatae futura continentur) cognitor est. Demum argumenta contra libertatem nostrorum operum ex praescientia illorum absoluta, si natura etiam praecedat ipsa, atque item ex absoluto praedeterminatio decreto, quod Dominici admittunt, adeo sunt efficacia, & expendenda contra ipsos, d. sequenti, ut eorum solutionem non omittent, si ea difficultas in his quaestionibus ab ethnicis tangeretur: sicut nec omnia ab eis solutio fuit, quoties ab ethnicis, vel haereticis huc attackta, ut sequenti d. patet.

6. Denique S. Thom. ubique pro diuina praescientia futurorum contingentium conditionatorum secundum se constans ubique, & apertus fletit 1. par. qu. 91. art. 1. proposita difficultate: cur Deus praenoscens Euam, si crearetur, fore Adam occasione ruinæ, eam creauerit? Respondet, praescientiam illam uti certam supponens: *Creandam fuisse mulierem: quia non debuit tolli, ut vitaretur particulare malum.* Et Commentar. in Matth. Habet: *Quidam dixerunt, quod non saluabatur nisi, quos praesciuit Deus, quia si praedicaretur eis, conuerterentur: quod solum ab opposito intellectum respicit, ut supra Augustinus eodem Tyriorum exemplo, qui, etsi fuerint praesciti conuerterendi, si eis praedicaretur, male tamen in iudicio habebunt, qu. 24. de veritate art. 14. corp. ait: *Omnes autem interiores motus à diuina prouidentia moderantur, secundum quod ipse iudicat, aliquem esse excitandum ad bonum huius, vel illis actionibus.* Iudicium autem illud, quod praedicat decretum conferendi vocationem, quia iudicant, cum effectu excitandum, non absolute excitationis, quae decretum, & vocationem absolutam supponit, sed excitationis conditionatae, seu futurae, si ea vocatione vocetur, planè est, & asseritur à S. Thom. q. 6. de verit. art. 3. certitudinem causae, quam habet per ipsum praedestinationem cum salute praedestinati ita componit: *Licet omnia singularia speciei sint corruptibilia in particulari, tota autem species, quia alteri indidit alius perenniter succedit diuina prouidentia gubernante, corruptibilia non essita in eo, quem Deus praedestinat, & adminicula preparat, quod vel non cadat, vel si cadat, quod resurgat. Si igitur consideremus salutem praedestinati respectu causa proxima, scilicet liberi arbitrii habet contingentiam: respectu autem causa prime praedestinantis habet certitudinem: quia nimirum nouit cui auxilio, si deur, cooperaturus sit praedestinatius salutem, in quo praescientia de conditionato futurorum contingenti sub eius auxilio, ut non alterius conditione asseritur. Id de copia auxiliorum contra efficaciam auxilio intrinsecam efficacissimum testimonium est, de quo alibi.**

CERTAM.

CERTAMEN VIII.

Eiusdem sententia nostræ firmæ à ratione probationes.

1. Ratio prima est contingentium futurorum sub conditione à Deo reuelationibus factis desumitur. Si enim ea determinatæ & certo non nosset, non solum ea, quæ neciret temeritatis vitio, & mendacij periculo dice- ressed ea etiam, quæ coniecturaliter tantum, seu quorum solum probabilitatem cognosceret, non autem omnino certo præciseret iudicio ipsius de reueltis determinare falsum subelle posset: cuius coniecturali, & probabili iudicio. Vnde non solum fidei nostræ firmitas labaretur temeritatis etiam, & mendacij periculo loqueretur, cum aliter, ac asserbat, res se habere possent. Secunda ratio: Deus potest nostrarum omnium opinionum lites dirimere, atque de eis, vtræ earum determinatæ vera sit iudicare, & inrefragabilem ferre sententiam: ergo certissime scit, quid determinatæ verum sit ex eis omnibus, quæ probabiliter discurrentes asserimus, vel negamus. Patet Consequencia: Cum enim iudicij veritas in eo stet, vt ita in se- ipsis obiecta sint, sicut esse iudicantur, nequit de opinione quavis, vtrum determinatæ vera sit, vel falsa iudicium certum haberi, ceteraque ferri sententia, nisi à certo cognoscente, & iudicante, ita se determinatæ habere, vel non habere obiectum, sicut ab opinante determinatæ putatur, se habere, vel non habere. Tum sic: alit de contingentibus conditionatæ futuri homines frequentissime iudicamus determinatæ fore, vel non fore: ergo vtræ eorum opinio de conditionatis illis vera sit, Deus certo, & infallibiliter cognoscit: ac proinde, & certo cognoscit determinatæ contin- gentia conditionatæ futura, vel non futura. Subsumptum tam in practico, quàm in pure speculatiui patet experientia quotidiana: quotidie probabiliter coniectamur mode- stum, ac virtutis studiosum iuuenem, si cum graui, pioque aliquo Religioso habeat necessitudinem religionem in- gressum: alii alius notum appetitorem si in arcem di- uinis apertam incidat futurum: puerum huius, vel illius indolis daturum studiis operam vel non daturum: in spe- culatiui exemplum esto celeberrimis inter Thomistas omnes Dominicanæ, & Iesuiticæ nostræ scholæ cum schola Do- ctoris subtilis controuersia illa: *An Adam non perierit, Christus veniret?* In qua venturum schola vtraque Tho- mistica determinatæ opinatiue negat: Scotica, opinatiue etiam, venturum determinatæ affirmat: ac subinde alte- ratur de contingentibus, etiam decretis diuinis, conditio- nate futuri determinatæ opinatur.

2. Tertia ratio: quia circa omnia nostra dubia de contingentibus conditionatæ futuri ritè, recteque possumus Deum consulere: sicut David, & alij in lege veteri consulerunt, pieque quotidie à Christianis Deus de eis consulitur, & rogatur: vt si matrimonium, de quo agitur, vel in religionem, ad quam inclinamur, ingressus ruinæ occasio nobis est futura: vel matrimonium, vel religio- nis ingressus à nobis auertat: quod si quis de his Deum minime consulendum, orandumque diceret, malè ipsius fides audiret, maleque ipse à fidei quæstoribus accipe- retur: maiori siquidem pietate, & vilitate de contingentibus conditionatæ futuri, quam de futuris absolute Deus consulitur, & oratur. Horum enim sciendorum cupido, vana plerumque curiositas esse potest: ac verò conditio- natarum contingentium cognitio de nostris actionibus deliberationi maturæ, quam maxime semper insecuitur: atque adeo prudentes, sapienterque omnes omni arte quid futurum sit, si hoc, vel illud eligant, aut aggre- diantur, indagare videmus, priusquam opus aggrediantur. Et tandem cum similes eiusmodi conditionatis con- tingentibus consultationes, & orationes ad Deum à San- ctissimis Patriarchis, & Prophetis in lege veteri sint ha- bitæ, eorumque votis Deus annuerit, ac quid determi- nate futurum sit, responderit, eas imprudentiæ, vanita- tis, & superstitionis inculcare temerarium & erroneum esse: Atqui si Deus certo, quid determinatæ sub eis con-

ditionibus futurum conditionatæ erat, nesciret, impru- denter, vane, & superstitione consuleretur, orareturque à nobis: ergo Deus certo scit, quid determinatæ sub eis conditionibus futurum subsumptum probatur: quia de euentu determinatæ sub eis conditionibus contingenter fu- turo Deus consulitur, & oratur à nobis de vtroque dubi- tantibus, vtrum ex eis futurum sub eis conditionibus sit: cum dubij de eo sumus, nec de alterius determinatæ fu- turatione securi: ac consulere eam, qui futurum ex vtro- que determinatæ certo nesciat, vt securi de eo reddamur cauti, imprudens, vanum, & superstitionum est: ergo Deus certo scit, quid determinatæ sub eis conditionibus sit conditionatæ futurum. Confirmatur ex omnium, non fideli modo, sed ethnicorum itato, atque insito, & na- turæ congenito iudicio. Omnis quippe, etiam idolola- trarum, natio, quibus, falso etiam diuinitatem deferbat, Deos de euentibus contingentibus conditionatis consule- re, antequam bellum, aut grande aliquid aggrederentur, consuevit: vt si bonum ipsis determinatæ fore responde- rent, executioni mandarent: sin secus abfisterent, nullo- que alio magis damones suam apud idololatrias diuinita- tem ambiebant, atque venditabant, quam de alterius de- terminatæ partis, simulata diuinatione.

3. Quarta ratio à priori: quia (vnde cumque ea con- sistat contingentis futuri, quod nunc minime disputa- mus) futurum contingens conditionatum sufficientem habet veritatem obiectiuam, siue cognoscibilitatem ad terminandam veram de ipso cognitionem (esto: non ha- beat ad determinandam quod valde diuersum, & d. se- quenti examinandum esse, quæstionis præfatione monui- mus) ergo à Deo cognoscitur conditionatæ, & determi- nate in se fore potius, quam non fore: ergo cognoscitur certo, & infallibiliter fore determinatæ: siquidem co- gnitio non certa, neque infallibilis veritatis, siue obiecti cuiusque Deo indigna est, & impossibilis. Prima conse- quentia est legitima: quia, cum Deus omniscius ex fide, & naturali ratione certissime sit, eius scientia ad omnem veritatem obiectiuam, siue ad omne vere cognoscibile necessario extenditur. Antecedens primum solummodo restat probandum. Id autem probatur facile. Primo: quia, si futurum contingens conditionatum determinatæ verum ex parte obiecti non est, nullamque habet ex parte sui cognoscibilitatem, siue capacitatem terminandi veram de ipso cognitionem, stulte homines prudentes, & inaniter siue ad statum sibi, vel suis eligendum, siue ad contractus inuendos, siue ad mittendos liberos studij gra- tia in academias, ad militiamve, aut officio applicandos prius ex eorum genio, & aliis rerum circumstantiis quid, si aliquid ex eis faciant, euenturum sit discurrunt, & coniectantur: prudentiores, peritioresque de eis condi- tionatis euentibus consulunt, iudicium explorant, & expectant: eoque inanius, & stolidius, quò sapientio- res, & prudentiores sunt, se homines gerunt. Hi quip- pe studio maiori, atque impensiori cura per se, & per alios eiusmodi conditionatos euentus inuestigare, præ- sagire, ac perscrutari conantur, quam iudiciores: qui- bus longè melius scire deberent, irritò se ea indagare, quæ, quia nec veritatem obiectiuam in se, neque co- gnoscibilitatem, seu capacitatem habent, vt verè co- gnoscantur, dum ea cognoscere conantur, conantur in impossibile.

4. Probatur secundo antecedens: quia hominum iu- dicia circa eiusmodi euentus contingentes conditionatos positiuos, vel negatiuos è personarum genis, studiis, in- clinationibus, & aliis circumstantiis perpenis, ac penetra- tis deducta reuera omnium sententia probabilia sunt: ergo contingentes illi euentus conditionati, siue positiui, siue negatiui, obiectiuam veritatem, & cognoscibilitatem, & aptitudinem, vt verè cognoscantur, ac veram terminet co- gnitionem omnium hominum iudicio, & sententia habent. Probatur consequentia: quia iudicium de eo, quod, nec obiectiue est verum in se, nec secundum se vere vquam cognoscibile seu veri iudicij terminatum essentia sua falsum est: iudicium autem essentia sua falsum essentia etiam sua est improbabile: quod autem iudicium de eiusmodi conditionatis contingentibus, si obiectiuam ve- ritatem non habeant essentia sua falsum sit, facile proba- tur: quia iudicium de illis cum suo obiecto conformari nulloquam potest, quod est essentia sua falsum iudicium, esse

Gg 2 alioqui,

alioqui, si conformari cum illo posset, & illud veritatem obiectivam, & cognoscibilitatem, seu aptitudinem, & capacitatem haberet terminandi secundum se iudicium verum: quod solum de eo obiecto conditionato contingenti antecedens, quod probamus, assererebatur. Confirmatur contra Dominicanos hos videntissime argumentum hoc. Ipsi enim Deo horum conditionatorum contingentium scientiam coniecturalem probabilem, & moraliter certam, & infallibilem satis absurde concedunt: quia, quando physice, ac metaphysice certa, & infallibilis eorum scientia non est, absolute, & simpliciter fallibilis, & incerta est, sed ea indignitate scientie huius coniecturalis probabilis, & moraliter etiam ceteræ, & infallibilis omnia: ex eius tamen admissione veritas obiectiva conditionati contingentis, eiusque vera cognoscibilitas, & aptitudo terminandi iudicium verum videntius argumento proximè facto convincitur, ea siquidem obiectiva veritate à contingenti conditionato sublata, iudicium de eo omne essentia sua falsum est, & probabilitati proinde omni nedum morali sui certitudine & infallibilitati repugnant.

5. Tertiò idem antecedens ostenditur: quia ex hac propositione: *Petrus cum hac vocatione* (& reliquis, quæ ad absolutum consensum præcedere absolute volueris, de quibus nulla nunc quaestio) *absolute consentit*, inferitur necessariò, & inevitabiliter hæc propositio prima: ergo, *si hac vocatione* (& reliquis, quæ volueris) *Petrus vocetur consentit*: ergo, si illa absoluta propositio prima vera, ut potest, de facto sit, secunda item hæc vera erit. Patet extrema hæc consequentia: nam ex vero non, nisi verum, inferri legitimam consequentiam potest: atqui propositio secunda per bonam illam consequentiam deducta conditionalis propositio est de obiecto conditionato contingenti: ergo propositio de obiecto contingenti conditionato est, esseque potest vera: ergo contingens conditionatum est vero iudicio cognoscibile, atque terminativum veræ cognitionis, ac subinde veritatem obiectivam in se habet. Duæ consequentiæ postremæ inevitabiles etiam sunt: quare ex toto hoc argumento solum antecedens primum demonstrandum restat in hunc modum: quia ex statu absoluto rerum purificata, seu posita absolute conditione ad statum eorum absolute, & è contra mutuo valet, etque inevitabilis, & necessaria consequentia. Unde, quia lucente absolute Sole, dies absolute est, certò valet ex sole suspensè, & in hypothese posito ad diem sub eius conditione futurum: ergo, *si sol lucret, dies est*, & ex conditionalis hac propositione pro antecedenti posita, & purificatione conditionis eius, irrefragabiliter deducitur, diem absolute esse, in hunc modum: *Sol lucret, ergo dies est*: imò nullo aptiori, efficaciorique medio probatur, probative visum potest, veram, fallacive conditionalem fuisse, quam ex comperta positione, vel non positione effectus absolute, purificata conditione: ac proinde ex deprehensa veritate, vel falsitate propositionis absolute conditionate veritas, vel falsitas, & in hac quidem mutua legitima illatione à conditionali propositione ad absolutam, & absoluta ad conditionalem illat. vis tota syllogismi hypothetici conditionati. Cum enim ab opposito consequentis ad oppositum antecedentis valeat consequentia, si purificata conditione, deficit absoluta existentia rei sub illa conditione futuræ, ac subinde illata de eius absoluta existentia propositionis, ab huius negatione ad conditionati antecedentis negationem consequentia tenebit. Cum autem conditionati syllogismi hypothetici forma concludendi legitima sit, cuiusque materię propositionum, siue de necessariò, siue de contingenti obiecto æqua efficacia concludit.

6. Quarta ratio idem antecedens simul confirmat. Si ponatur conditio, & quæcumque velis, hypothese complere, ac prærequiri (de quibus nihil modo, ut dixi) non potest non poni alterum extremum contradictionis: quia impossibile est in casu, aut hypothese vlla, nec rem, nec eius contradictorium esse: seu idem nec esse, nec non esse, quod est impossibile, & chimericum: quare nec sub vlla vera, ac non chimerica hypothese eius repugnantia miscere, aut cicurari poterit, ut sub ea sit absolute possibilis. Confirmatur ea impossibilitas sub hypothese vlla. Æque enim pugnat cum eo principio: Idem nequit esse, & non esse simul: rem simul esse, & non esse, ac rem neque esse nec non esse in aliqua hypothese. Tum, quia

posset dari simul duplex contradictorium simul falsum in aliqua hypothese non chimerica: quod æque pugnat, ac sub illa simul dari duplex contradictorium simul verum: tum, quia, cum immediatum non esse negationis rei sit res ipsa, qua sola formaliter eius negatio à rebus excluditur, idem ipsum est sub aliqua hypothese non ficta simul rem neque esse, nec non esse, atque rem esse, ac non esse simul, quod principio illi formaliter immediate contradicit: ergo conditionatum contingens sub hypothese sua, v.g. consensu Petri, si hæc vocatione vocetur, est futurum determinate in se, vel determinate non est futurum. Dices, hæc verum in categoricis propositionibus habere, & hypotheticis etiam, in materia necessaria, secus in hypotheticis in materia contingenti: quales sunt propositiones conditionales de futuris contingentibus. Cum enim eorum conditiones, seu principia, quæ in hypothese ponuntur, libertatem, & indifferentem ad verum potestatem complerent, vel constituant sub contingenti conditionati hypothese alterum disjunctum conclusa suppositione, solummodo esse, necesse est: non autem alterum ex eis determinate suppositione, ut vno extremo determinate excluso, necessariò sit aliud: quare neque sub ea hypothese licet alterum determinate certo cognoscere: sed utrumque ex ea, & circumstantiis coniectari. Mitram (quod nuper dicebam) sublata scilicet contingenti conditionati fututione determinata, & veritate obiectiva, ne coniectura prudenti de illa locum patere: aliunde solutionem argumento, quod persequor, opportunius impugno.

7. Primò: quia ea solutio solum probat ex hypothese contingenti, quæ potestatem indifferentem, & libertatem causæ in actu primo ad verum consiliat, aut relinquit neutrum determinate ex eis necessariò, & vi consequentiæ inferri, asserique posse: quia hypothese, & cum ea arbitrium, non magis cum vno, quam cum alio extremo connexa est: ac proinde pugnat arbitrium sub ea hypothese liberum esse in actu primo, & vi consequentiæ ex eis futurum inferri pro statu quovis. Tamen ea potestatem indifferentem ad verum disjunctum posita, & purificata conditione, non solum ea libera potestas absolute erit: sed & contingenter, ac non necessariò ab ea potestate, & conditione orsus absolute consensus, v.g. contingens absolute ponetur: ergo, est in hypothese, & suspensæ eadem principia, & conditiones potestatem indifferentem ad verum consiliat, quæ disjunctum utrumvis solummodo respiciat, neutrum verò determinate: tamen contingenter, ac minime necessariò ex illa hypothese, poterit sub illa extremum alterum conditionate poni, & statum fututionis conditionate præ extremo opposito determinate torrens: imò de facto torrens. Probatur consequentia efficacissime: Primò ex necessitate consequentiæ ab statu fututionis absolute effectus purificata, & posita absolute conditione, ad statum eiusdem effectus conditionatum, posita eadem conditione, suspensæ, & in hypothese, ut nunc, expendebamus. Secundo probatur non levis consequentia. Indifferens potestas causæ liberæ absolute cum omnibus requisitis ad operandum solum respicit disjunctum utrumque suæ indifferentis potestatis extremum, nec magis vnum determinate, quam aliud: & tamen ea indifferentia absolute potestatis causæ adequatè, & complete liberæ absolute non tollit, quominus consensus ab ea contingenter egrediatur, & in se sit, vel præsens, vel futurus absolute determinatur, potius, quam sui negatio: ergo indifferentia potestatis ad verum solummodo disjunctum causæ liberæ in actu primo non pugnat cum fututione determinate effectus sui contingentis in seipso: quare indifferentis potestas suspensæ, & in hypothese posita nunquam pugnat cum determinate contingenti conditionata fututione. Et quidem evasio hæc præclusa Dominicanis Recentiorebus Thomistis omnibus est: siquidem, cum quibus nunc pugnamus, non admodum recentes physice prædeterminationem in hypothese ponebant, luniores decretum absolutum ex parte actus, & ex parte obiecti conditionatum ad liberi, & contingentis (quem cum his liberum adhuc, & contingentis etiam velut) effectus conditionatum fututionem, ex quorum alterutro non determinate solum: sed necessariò, & infallibiliter consensus in se sit sub conditione futuri contingentis, atque

atque ex potestate ad quumvis in hypothefi pofita.
8. Viget tandem: quia, vel dari potest caufus, in quo principium illud per fe notum: *Impossibile est idem esse, ac non esse simul*, deficiat, vel fecus. Si non potest: ergo neque in propositionibus hypotheticis, & conditionatis materia cuiusvis potest defecere. Si potest dari caufus, aut hypothefis, in qua deficiat: ergo absolute, & simpliciter neceffitate metaphyfica non est verum, certumque principium, omnique ars fyllogiftica, faltem quoad reductionem per impossibile, coarctat. Secundo repugnantia, & impossibilitas effendi simul rem, & non effendi est terminorum inter fe repugnantia, & contradictio per fe, & ex terminis nota, prout independens ab alio absque illo ordine, aut dependentia à simplicitate, compositione, aut modo procedendi rerum à suis caufis: ergo quod obiecta simplicita vel composita sunt, vel contingenter, aut neceffario à suis caufis procedant, ac propositiones de illis fæc categorice, hypotheticæ, causales, conditionales in materia neceffaria, vel contingenti, repugnantiam eo principio afferant nec augeat, nec euacuet: quare, si de aliquo obiecto, aut propositione negetur, æqua fidelitate de omnibus negatur; scientiaque omnes pefsum ibunt.

CERTAMEN IX.

Communis alterius rationis efficacia examinatur.

1. Confulto alias pro nostra sententia rationes, & euasiones aduerfariorum referre, ac persequi prolixius omittimus, quia illæ non mihi satis firmæ: & utraque medium, in quo Deus conditionata contingencia cognoscatur, debeat ve cognoscere, attingunt: quare fequentibus disputationibus sedem habebunt propriorem. Vnam vero hic probationem producam, quam video à doctis pluribus recentioribus nostris plurius quam à me fieri: quia falso nobis, & doctoribus, atque vultuofis principio nititur: est ad hominem contra Dominicanos recentiores satis habere energie: idcirco omittenda hic ea ratio non fuit: cum, vt cunctis quanti æstimanda eius efficacia fit, appareat: tum etiam, vt efficax in re præfenti, ad hominem contra aduerfarios, argumentum in nobis non desideretur. Est autem huiusmodi: Deus potest absolute efficax, & antecedenter præfignare actus honestos liberos voluntatis creatæ, vt Dominicani omnes recentiores faciunt, reputantque de fide Ruiz d. 69. & alij non fuit, qui argumentum efformant: ait repugnat eiusmodi præfignatio, si Deus certo, & infallibiliter non præfignat eos actus præfignandos sub conditione, seu in statu conditionato futuros: ergo in eo statu præfignat: Confequentia est legitima. Probat Minor: quia præfignatio eorum actuum efficax, infallibilis effentia sua est, & cui carere effectu præfignatio phyfice, ac metaphyfice omnino repugnat: at, si præfignatio eorum actuum sub conditione futurorum decretum, seu præfignationem ipsorum dirigat, & antecedat, non erit præfignatio effentia sua infallibilis: ergo præcedit in Deo eorum actuum sub conditione futurorum præfignatio ad præfignationem eorum concipiendam, vt pote ipsius directiua.

2. Minor proxima probatur: quia, nisi scientia directiua præfignationis eorum actuum fit præfignatio futuritionis conditionatæ eorum sub hoc medio, & conditione erit præfignatio folius poffibilitatis eorum actuum ab hoc, & æque ab aliis quibufque auxiliis, fufficientibus potentiam liberam in actu primo ad ipsos conftituere: in qua, & poffe illos efficere, & illos poffe ab ea effici continetur; ac hoc non fufficit infallibilitati effentiali præfignationis diuinæ: ergo, si præfignatio futuritionis conditionatæ eorum præcedat, ac dirigat diuinam de ipsis præfignationem, hæc natura fua, & effentialiter non erit infallibilis. Immediatè Minor fuadetur: quia, cum media, seu conditiones illæ potentiam liberam, vel conftituant, vel relinquunt, & indifferentem ad vtrumvis, sub eis tamen est poffibilis negatio actus præfignandi, quam actus ipfe: ergo

scientia fimplicis intelligentiæ atque præfignatæ poffibilis negatio actus, atque actus ipfe præfignandus: ergo ea scientia componibilis atque est cum negatione actus præfignati ex ipfa, atque cum actu ipfo præfignato: quare, & præfignatio per illam folam regulata, & directæ cum negatione eadem præfignati actus componibilis erit: quod ipsum est natura, & effentia fua fruifrabilem, non autem infuifrabilem effe. Nec fatis est, eam præfignationem dirigat per scientiam folium probabilem coniecturalem, imo moraliter certam de conditionata futuritione confenfus præfignandi: nam ex omnes scientiæ de conditionata futuritione actus præfignandi absolute, & fimpliciter fallibiles funt: & cum negatione futuritionis actus conditionatæ, & absolute etiam purificatæ conditione, phyfice, ac metaphyfice componibiles: quare neque ex earum effentiali præfuppofitione, & directione præfignationes diuinæ phyfice, & metaphyfice, ac fubinde absolute infuifrabiles erunt: vnde neque erunt eorum actuum præfignationes, quæ, non nisi absolute infuifrabiles effentia fua effe poffunt, absolute poffibiles, ni Deo adit certa absolute ac phyfice, & metaphyfice infallibilis de eis actibus conditionata scientia, qua illæ dirigantur.

3. Confirmatur. Quia nemo potest prudenter præfignare, fua efficaxiter antecedenter aliquid intendere, quin prænouerit, habere fe in fua potestate media, quibus appofitis, illud confequatur. Ex quo fit, vt, quo gradu prudentior, prouidentiorque alicuius intentio confequendi effe debeat, eo perfectior effe debeat eiusmodi notitia de medijs, quibus illud confequendum fit: atqui in Deo fumma prudentia, & prouidentia, fummeque perfectæ in quouis intendendo effe: ergo, & in eo effe fumme perfectæ cognitio de continentia in fua potestate mediorum, quibus illud, quod intendit, non folum aftequi poffit, fed & aftequatur. Hæc autem perfectiffima præfignatio Deo non adit, nisi ante intentionem efficacem actus noftri liberi, & contingentis præfignat certo, & infallibiliter habere fe in potestate fua media, per quæ eiusmodi actum de facto aftequatur, fi ab ipfo apponatur: ergo id ad præfignandum, & intendendum actum, ac prouidendo futuritionem eius conditionatam præfignare neceffario debet, vt illum debita fubi neceffaria perfectione prudentiæ, & prouidentie efficaxiter intendat, ac præfignat.

4. Nec fatis pro Dominicanis illis Thomiftis, non admodum iunioribus, quos impugnamus, refpondeas: fub conditione, ac per media phyfice prædeterminationis, ac præfignationis Thomifticæ Dominicanæ Deum certo, & infallibiliter phyfice, & metaphyfice præfignare actus præfignandi conditionatam futuritionem fub eis, fua illam fore, fi apponantur, vt apponi ea media ab ipfo queunt. Id enim & præfenti noftræ conclufioni fatis effe: (ficut de prædeterminationis, & præfignationis eius Thomifticæ cum actus præfignati, ac prædeterminati contingentia, & libertate repugnantia cum eifdem Thomiftis fua deinceps loco fit nobis quæftio futura) & eorum principijs adeo inequitabile confeftum, vt mirum fit, aliquot ex eis ftatim à controuerfia huius de certa scientia conditionatorum principio à noftris in re præfenti difcordaffe: ficuti & iuniores eorum ceteros ad decretum abfolutum ex parte actus, & conditionatum ex parte obiecti pro certa, & infallibili omnino conditionatorum contingentium scientia ftatuenda confugiffe: alijs fcilicet, atque alijs tanti ponderis difficultatibus multo fudore, nulloque fua adhuc de prædeterminatione, & præfignatione fententiæ fructu fubcollantes.

5. Cæterum principium illud, quod in hoc argumento pro maiori affumebatur, & conftematio fupponebat: Deum, fcilicet, poffe absolute actus noftros liberos, & honestos præfignare, non ita de fide effe (quidquid incallum tenet Ruiz nofter) vt oppofitum per principia intrinfecca non fit longe probabilius. Per extrinfecca autem principia ab authoritate Theologorum petita fententiæ præfignationes actuum noftorum liberorum Deo poffibiles adituës, non effe ita communis, vt licet præter Dominicanos ipecciales illas fuas præfignationes admittentes Soares cum Sectarijs fuis, (in quibus nofter Francifcus Annatus fæpe in defenfione scientiæ mediæ) & recentiores Salmantini, qui plerumque Soarizant, & nuper ex Complutensibus nonnulli illas præfignationes tueantur; at Molina & Vazquez cum affectis, (in quibus Leflius, & Becanus, atque

opera esse possunt: quare & ea opera futura non futura erant, quia absolute talia non sunt, ut ad meritum motionem opus erat: ac proinde præscientiam eorum, quæ merentur meritorie Deo debebat, absolutam, inanem, & falsam fore: miraturque c. illo 14. de prædest. sanctior aliquem, e puris conditionatis operibus, eorumque præscientiam Deum ad præmium, vel supplicium præreptis, vel in gratia, vel in originali Deum mouendum, fuisse, arbitratum, his verbis: *Sed unde hæc talibus viris in mentem venerit, nescio: ut futura, quæ non sunt futura, absolute, & sine addito diminutive puniuntur aut honorantur merita paruulorum*: & c. 12. de anima citato, exinanti Dei præscientiam ait: *Si quid præscitur non erit*, in sic ante absoluta opera præreptis, scilicet absolute, ut ad præmium moueant, vel pænam recipiendam, ut immediate labebitur: *Quomodo enim puniuntur peccata, quæ non erant*.

Et sane, cum, non, nisi ex manifeste falsis, & per se fore notis veritatibus oppositis, admiratione sola, vel eius, quod asserunt, inculcata solum interrogatione, aut simplici oppositi assertionem refelli aliquis prudenter possit: dum ea opera immature ante eorum operationem præreptorum assertionem, quod non sunt futura, seu non erunt, admirationeque, & interrogatione solis refellit, ostendit sed e constanti omnibus, vel ex terminis ipsis non futuritione operum loqui, quæ præreptorum morte demonstratur: ea vero absolute solum est, & quæ merito, ac demerito patet, vel supplicio, apta ea reddebat; non de conditionata eorum futuritione, quæ ad præreptorum per durationem, imo neque absolute infantium aliquando existentibus solum; sed, & de nullquam exituris operibus, non ab Augustino solum toties asseritur; sed ab omnibus, etiam aduersariis: est ad eius futuritionis conditionatæ operum consentientiam decretum de illa efficax subiectiue absolutum, & obiectiue conditionatum requirant: de quo tunc non disputamus.

6. Opponitur tertio S. Thom. 1. p. q. 14. a. 13. corp. dicens cum, qui contingens cognoscit, non in se, sed in sua causa, solum habere de illo coniecturalem cognitionem: ut Deus nequit cognoscere contingens in se; sed in sua causa: ergo solum coniecturaliter illud cognoscit: argueretur probat contingens absolute futurum, nec solum conditionatæ, imo & absolute præsens coniecturaliter solum à Deo cognosci; si quid probat: quia falsa est minor; in ipsa quippe maiori supponit S. Thom. contingens ab aliquo posse cognosci in se: si ab aliquo autem cur non à Deo, qui omnia, & omni modo, quo absque imperfectione cognosci possunt, cognoscit: secundo contingens, est in sua causa non habet determinationem essentialem, quia causa ad neutrum extremum determinata est, sed indifferens ad utrumque: ac proinde in ea, & ex ea neutrum determinate cognosci certo valeat; sed ut summum ex aliqua maiori propensione causæ ad alterum ex illis coniecturaliter solum, ut S. Thom. ibi aiebat: aut in se determinatam entitatem, & veritatem, nec cum extremo opposito indifferenter, & communem; sed prorsus diueriam, & aduersam: quare in se positum semel cognitionem terminare valet, & certam: quia ex suppositione, quod sit, nequit pro tunc non esse. Unde contingens scientia, quæ illum in quouis statu, siue absoluto, siue conditionato, siue possibilis in seipso supponit incerta, & infallibilis non magis esse potest, quam possit idem quædam est, simul non esse, id est, duo contradictoria sibi mutuo coexistere, & amice componi.

7. Opponitur quarto idem S. Doctor recitatis verbis aduersus: *Contingens aliquod dupliciter considerari potest: uno modo in seipso, secundum quod iam actu est, & sic non consideratur ut futurum: sed ut præsens. Alio modo potest considerari contingens, ut est in sua causa: atque altero è duobus modis cognosci posse à Deo, ait. Sed per nos nequit à Deo cognosci in sua causa, seu conditione conditionatum contingens: quia solum coniecturaliter cognoscitur à Deo, ut nuper ex S. Thom. dicebamus: sed neque potest cognosci in se contingens conditionatum, ut actu est in se: siquidem actu in se non est, ut patet: ergo neque eo modo cognosci à Deo potest: quare neque vilo modo cognosci, cum alius modus ipsum cognoscendi non sit. Respondetur facile: S. Thomam ibi de cognitione contingentium absolute futurorum solum-*

modo egisse, non de cognitione contingentium conditionatorum: quare monebam proxime, argumenta omnia ex eo loco petita contra cognitionem diuinam futurorum absolute contingentium æque pugnare, & quidem magis ad textum. De futuris autem absolute certissimum est non posse in se absolute esse futura, quia pro aliqua duratione actu absolute sint. De conditionatis vero, quæ absolute futura non sunt; sed conditionate solum suspense, & sub hypothesi, id est, quæ essent, si conditio poneretur, opus non est, ut actu absolute aliquando sint, ut in se conditionata sint futura; sed satis omnino est, ut, si poneretur conditio, forent, ut sint sub hypothesi, & conditione in seipsis futura, atque ut talia, & in eo statu conditionato in se futura cognoscantur. Imo ut certam. 8. num. 7. demonstrabam ab statu futuritionis absolute contingentis in se, cuiusque cognitione, ad statum futuritionis conditionatæ eiusdem contingentis in se, cuiusque ut in se pro eo statu conditionato est, cognitionem sit inuitabilis consequentia: ex doctrina hæc S. Doctoris de cognitione, & cognoscibilitate contingentis futuri absoluti, ut in se actu est ad cognoscibilitatem eiusdem in statu conditionato, ut in eo statu est, inuitabilis est consequentia.

8. Opponitur quinto Damasc. Dial. aduers. Manich. longe à medio scribens: *Si cum (diabolum) perueniendum prænoscebat, certe, & omnino futurum prænoscebat. Etenim eius, quod non omnino futurum sit, præscientia, non præscientia, sed ignoratio est, & impostura. Infra: Quenam autem modo præscire queat quod futurum non est? Nam, si aliquem peccatum præscisset, nec eum condidisset, præscientia hæc non esset, sed impostura. Cum autem Damascenus ibi questionem illi respondeat Manichæorum: cur Deus de lapsu Angeli præscius illum nihilominus creauerit, quam præscientiam conditionatam solum lapsus Angeli si crearetur, esse, docuimus, eamque neget Damascenus: utique conditionate futuri contingentis præscientiam Deo negat. Secundo: præscientia eius, quod absolute futurum non est, ignoratio, & impostura per Damascenium est: ergo præscientia, quæ absoluta non est, ignoratio, & impostura est: quia omnis præscientia absolute futuri præscientia absoluta est: aut præscientia contingentis conditionati, siue conditionate futuri præscientia absoluta non est: ergo impostura, & ignoratio à Deo alienissima est per Damascenium. Communis est nobis cum magis recentibus Thomistis huius testimonij difficultas: vnde cumque enim conditionata contingentis futuritio proveniat, & consistat, siue è subiectiue absoluto, & obiectiue conditionato Dei efficaci decreto, ut hi volunt; siue ex hypothesi plena, & pure, ut nos volumus, eam à Deo præsciri, videtur negare Damascenus: quare valde disalceata est cursus Carmelitani Theologici è decreto illo solutio, ut huic testimonio satisfaciatur: solutio pro omnibus solida sit, Damascenium questionem huic ex præscientia conditionata, & antecedente decretum creandi Angelum prius respondisse, ut vidimus certam. 7. num. 3. præscientiam hanc conditionatam à Dei bonitate superatam, ut ea pro priori ad decretum Angeli creandi ab eo retrahente, non obstante Angelum creare nihilominus absolute decerneret, ac de facto crearet. Postea vero quia præscientie vox æquiuoca erat, ac proinde Manichæorum, vel ignorantia, (quæ, teste Augustino, magna erat) vel consueta hæreticis malitia absolutam poterat sonare etiam eam oppositis verbis consutauit, ut doctè Ruiz obicitur.*

CERTAMEN XI.

Oppositis à ratione occurritur.

1. **P**rimo opponitur à ratione. Assertores scientiæ conditionatæ certæ, & infallibilis de contingentibus sub conditione futuris variant: at varietas opinionis defendendæ de falsitate illam, ut minimum, valde suspectam facit: ergo ei non subiacet conditionata de contingentibus sub conditione futuris, quam Deo appingimus. Respondetur: falsam esse maiorem. Nulla quippe est nostra

nostrorum Doctorum varietas de scientia conditionatorum contingentium secundum se eam terminantium in Deo asserenda. Sin ostendant obiectantes ex nostris aliquem, qui eam Deo, vel negarit, vel solum coniecturalem, ac non physice potius ac metaphysice certam, & infallibilem concentere de quo solum nunc quaestio: quin, neque in aliis de medio, siue materiali, siue formali eorum à Deo cognoscendorum, vel vnus ex nostris ab aliis discordat. Omnes siquidem decreta absolute subiectiue, & obiectiue conditionata ad conditionatam eorum futuriionis consistentiam, atque vt in eis cognoscantur, impugnant, ab hypothesi etiam, sub qua contingencia conditionate futura sunt, physicam praedeterminationem, decretumque eorum praedeterminationem prorsus abiciunt, cum, vt illa conditionate futura sunt, tum, vt à Deo cognoscantur. Nil autem praeter ea aliud opus est, vt scientia conditionata, & media, quae à nostris assentitur, consistat: sin dent ea nobis aduersarij, & nulla nobis cum ipsis posthac controuersia erit: ergo in his, quae ad scientiam conditionatam tuendam spectant, nemo ex nostris ab alio discordat. Certe aduersarij in opposito defendendo pauci cum aliis concordant. Negant quippe conditionatorum contingentium scientiam Deo, atque, vt summum coniecturalem concesserunt hi omnes, cum quibus nunc pugnamus. Decreta absoluta subiectiue, & obiectiue conditionata plures ex eis merito sunt exosi, & pluribus aliis inter se discordant, vt proximis disputationibus patebit. Maior ergo in eis solum est vera: ac proinde, si minor esset firma regeſto in ipsis argumento, suo ipsi telo perirent. Sed falsa etiam est Minor: varietas enim aliquid defendendi eius difficultatem probat, non autem falsitatis generat suspensionem. Alioqui Trinitatis mysteria Verbi prae Spiritu Sancto filio, diuinorum decretorum libertas, & sexcenta alia de fide certa falsitatis suspecta vehementissime forent: cum tanta sit ea defendendi, & explicandi, quanta Doctorum diuersitas, nullo fere alterius defensione, & explicatione quiescente.

2. Obiicit iterum: futurum contingens conditionatum non habet sufficientem, & determinatam obiectiuam veritatem: tum, quia, quae tale non habet entitatem, seu esse in aliqua duratione aeternitatis, extra quam nihil esse potest: tum, quia contingentia (cuiusmodi conditionatum futurum illud est) repugnat determinatio essendi prae alio extremo opposito: tum denique, quia cum principia indifferentia sint ad vtrumvis, non est cur vnum determinate sit prae alio. Antecedens falsum esse, plus satis à nobis ostensum est toto certam. 8. Ad duas eius postremas probationes ex natura effectus contingentis, & ex necessitate indifferente causarum eius potestare abunde respondimus certam. 9. num. 2. & 6. contingentiam contingentis non esse in suo intrinseco esse, quod quidem determinatum in se est, & determinate diuersum, & aduersum opposito extremo, nec cum ipso componibile: totamque eius contingentiam esse respectu suarum causarum, à quibus, quia indifferentis, nec determinatae ad ipsum potius, quam ad eius oppositum potestatis sunt, ita proueniunt, cum ab eis proueniunt, vt non prouenire absolute poterint: quare ex parte suae causae nulla est, esseue ratio necessaria potestatis, cur illud potius, quam eius oppositum de facto proueniat: imo, si ea non esset indifferens contingentis illius causa non esset: quare neque ipsum contingenter ab illa heret, neque contingens absolute ipsam foret, siquidem ab indifferentia sua causae ad ipsum, eiusue oppositum, ac subinde à sui ex illa productione ita, vt potuerit pro priori naturae ex illa non procedere contingens est: unde, si immediate, & proxime in se contingens, & liberum sit (cuiusmodi sunt omnes actus directi voluntatis, nec imperati, aut supponentes alium voluntatis actum, à quo necessario proueniunt) actiuam causam, & rationem, ex qua determinate proueniat, indagare, perinde est, ac nodum in scypro quærere: cum principij ex parte sui prorsus indifferentis, & liberi, nulla alia nisi eius determinata immediata operatio, seu immediatus actus formalis determinatio esse possit, quae actus eius indifferentis potestatis secundus est, ac teneri ex parte potentiae illius, seu actus primi ad ipsum prorsus repugnat. Denique (vt ex citatis locis, & ratione ipsa claret) postrema istae duae antecedentes probationes, non solum

obiectiuam conditionati futuri contingentis veritatem determinatam impugnant: sed, & absolute futuri, imo & absolute existentis actus, & de praesenti contingentis: cum & contingens absolute sit, & à causa, & potestate indifferenti ad vtrumvis proueniat: quod Thomistae obiectantes non admittunt.

3. Mitto rationes haec in obiectantes eas Ledesmae ex Magistro Curiel nullam vim habere: cum ipse ex parte hypothesi physicam praedeterminationem, & praedeterminationem decretum, cum quibus nec indifferens ad vtrumque potestas causae in hypothesi (sicuti nec absolute) petita, nec contingentis effectus conditionate futura contingencia subsistit, vt in sequentibus ostendimus. Imo neque in Thomistis aduersariis iunioribus, qui eadem principia ad conditionatum contingentem ponunt, adduntque absolutum subiectiue, seu ex parte & obiectiue, seu ex parte obiecti conditionatum decretum, vt conditionata contingentis futuriio consistat, & ex quo certo, & infallibiliter, tanquam ex causa, & medio inferatur: cum quibus determinatis, & determinantibus antecedentes ad eam futuriionem principij, neque ex parte causae indifferencia potestatis ad vtrumvis, neque conditionata contingentia effectus conditionate futuri itare vquam potest. Sed quoniam iuniores isti (etiam in eadem) saluari vtrumque contendunt, de eoque male apud Ledesmam iam citandum audiunt, & impugnantur, eisdem duabus rationibus respondere teneantur: vt mirum sit, eos illis ipsis rationibus contra nostram in rebus huius doctrinam, vii non semel. Mittenda tamen hic non est Ledesmae eiusdem impostura Patri Soario facta d. illa 2. de affin. dif. 2. concl. 5. fol. 597. col. 1. lit. B. ita paraphrasum vnum inchoantis: *Alij vero Auctores conueniunt cum praecedenti (Soario) quantum ad hoc, quod dicunt illud futurum conditionatum habere determinationem etc. & dicunt, quod illa determinatio ad alteram partem conuenit futuro secundum se, & non prout est in suis causis.* Cum autem conuenio illos cum Soario partim solum dicat in margine: ac verbis recitatis dicat conuenire quoad primum, quod dicunt: quoad secundum scilicet conditionata futura contingencia habere determinationem in se, non in suis causis: in hoc à suis illis Dominicis dissentire Soarium tacite, vel asserit Ledesma, vel supponit: falso tamen: cum Soarius vbique id ipsum cum nostris omnibus doceat: & expressis verbis lib. 2. de scientia futurorum contingentium conditionatorum c. 6. nu. 3. ex quo loco ipsi à Ledesma refertur.

4. Duae vero probationes aduersariorum prima antecedentis eiusdem nihil praestant. Prior enim solum probat, conditionata futura contingencia praesens, prout in statu illo non habere esse, siue existentiam actualem absolute, siue absolutam: quare neque, vt absolute futura, veram sui de absolute existentia cognitionem, & asserituum iudicium non posse terminare, ac subinde neque habere prout in statu conditionato veritatem obiectiuam, seu cognoscibilitatem passiuam, quam habent absolute futura, & existentia, quaque vero de illis iudicio asseri potest. At in eo statu conditionato cognosci vero iudicio affirmatio contingencia futura conditionata, vereque de illis asseri, fore si conditio, sub qua essent, poneretur: atque adeo veritatem suam obiectiuam, & cognoscibilitatem, seu capacitatem vt veram terminent cognitionem de sua illa conditionata futuriione habent: quia ad cognitionis veritatem solum est opus, vt eius obiectum ita sit, vt enuntietur: non autem vterius aliud sit, aut habeat, ab eo quod de ipso cognitione, seu iudicio asseritur: siquidem, illo praesens, inter iudicium, & obiectum, de quo fertur, conformitas erit, in qua veritas iudicij illius formaliter omnino consistit: quare, si de obiecto futuro absolute iudicatur absolute fore verum prorsus iudicium est, etiam tunc, cum iudicium illud haberetur, & existeret, obiectum illud actu absolute non sit: quia de eo non affirmatur esse: sed solummodo fore: quia, si iudicium de puro futuro sit, falsum esset, si tunc, cum iudicatur, actu absolute esset illud obiectum, de quo pura futuriio enuntietur: quia eius futuriio pura non esset, sicut de illo iudicatur, & asseritur. Cum ergo scientia conditionata de conditionato contingentem non asserat, actu absolute esse, vel absolute fore: sed solum fore, si conditio poneretur, est, nec tunc, cum illud de eo iudicium haberetur, imo ne-

que villa anteriori, vel posteriori duratione esse actuale absolutum habeat, vere de eo iudicatur, eo præcise, quod illud habet, si adhiberetur conditio, atque adeo suam illius status propriam veritatem obiectivam, & cognoscibilitatem habet: eaque propter merito proutur, & axiomatis dialectici circumfertur, *conditionalem propositionem nihil pene in esse.*

Inde posterior etiam è duabus primis probatio emittitur: scilicet non esse, nec veritatem obiectivam habere conditionate futurum contingens, quia in nulla duratione æternitatis est, fuit, aut erit. Id enim solum probat in eo statu obiectivam veritatem absolutam non habere, quam id, quod absolute est, habet. Id quippe solum, quod absolute est pro aliqua duratione, vel præterito, vel præteriti, vel futura esse actu absolute debet. Ut autem vere iudicetur, quod neque absolute est, sed solum suspense, & in hypothesi, ut conditionatum contingens futurum, quod pro eo statu solum habet esse, aut fore, si ponatur conditio, atque id solum de eo cognoscitur, & iudicatur, existentia absoluta ipsius pro duratione aliqua, neque ipsi, nec veritati propositionis de suspensa ipsius functione opus est. Ab hac solutione communi Philosophorum, & Theologorum, rationisque perspicue suffragio nonnulli, & male variavit Borru. noster d. 4. de scient. med. sect. vi. num. 305. dicens: futurum contingens conditionatum tale dici à negatione existentie nunc, & existentie postea, si conditio poneretur. Nam & id, quod nunc est purificata absolute conditione, est pro priori maioris universalitatis conditionate futurum: imo et eo quod purificata, & posita absolute conditione contingens absolute est, nequit non esse verum, quod esset, si conditio poneretur: cum ab statu absolute ad conditionatum, & e contra cum purificatur conditio, mutua sit inevitabilis consecutio. Secundo in Tyrillis, & Sidoniis, eorumque conditionata consecutio, quæ nunquam fuit, neque erit, impingit solutio, & ratio utriusque est: quia conditionata contingens futurum non ex prioritate, & posterioritate durationis, sed maioris universalitatis status conditionati respectu status existentie rerum absolute, à quo ad primum valet subsistendi consequentia, non autem contra à conditionato ad absolutum conseritur. Hæc omnia ex dictis quæst. i. certam. 4. de veritate obiectiva, & vera possibilitate, quæ talium, etiam absolutum esse pro aliqua duratione æternitatis non habeant, manifeste confirmantur. Ea quippe veritas, & ab absoluta existentia, & duratione omni abstrahit: ac proinde necessaria, & æterna obiectiva est, sicuti, & eorum propositiones æternæ sunt veritatis formalis, & positiuntur: quia solum cognoscuntur esse posse, non autem physice absolute esse: quare & solum esse metaphysicum eorum, id est, prædicatum cum subiectis identica connexio: quia subiectum sine identitate cum prædicatis illis esse nequit: ac subinde solummodo identitatem cum eis esse potest, ut enuntiat, quod in vere, ac non fidei possibilitibus abique illo rationis figmento ipsius intrinseco verissimum est, licet intellectus noiter ea enuntiare non valeat, qui venis illis obiectis extrinsecus figmentum aliquod rationis assignat.

6. Tertio opponunt: inter conditionem, & futurum contingens sub illa, nulla est necessaria connexio: ergo nulla specialis veritas præter veritatem extremorum coexistentiam, seu futuritionem simul, & quemadmodum diximus certam. i. de disparatis conditionatis, quæ vocamus, si gallus cantaverit, Turca convertetur: casu, quo galli cantus, & Turca conversio in idem tempus concurrere ostendit: imo vero cum conditionalis propositionis veritas nil aliud, quam consequentia bonitas sit, quæ sine necessaria connexione antecedentis cum consequente esse non potest, nulla in conditionatis contingentibus veritas erit. Neque consequentiam primam: ostendit enim certam. primo citato: in conditionatis contingentibus, etiam nulla est conditionato sub illa contingente futuro necessaria connexio, ut verè non est, non significat solum coexistentiam absolutam, ut in disparatis ideo à futuris conditionatis contingentibus, ibidem exclusis, sed fore sub conditione ad ipsam, conducente quidem, sed non determinante, aut prædeterminante nec conditionati percat contingentia, & licet: sicuti in disparatis conditionatis euenit, si ex

Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tomus I.

trinfecus ex Dei decreto conditionato obiective conditio cum conditionato connectatur necessario. Hinc patet illud falsum de identitate veritatis conditionati contingentis cum bonitate illationis, seu consequentia à conditione ad conditionatum; quæ, si esset, conditionati contingentiam destrueret, cuiusque cognitio ad scientiam simplicis intelligentie spectaret: quia necessaria veritatis esset, atque, atque hæc conditionalis: si *Si incert, dies est*, vel conditionales de se disparata, si ex decreto Dei conditio, seu hypothesi necessariam cum altero extremo connexionem habeat, ut dicebamus. Ceterum cum hæc opponens Ledefina cum necessaria connexione physice prædeterminationis, siue in hypothesi ad conditionatum, siue absolute posita ad absolutum contingens huius contingentiam in utroque statu autem saluari, ac omni conatu contendat: atque Dominici iuniores contingentiam conditionatam cum decreto absolute subiective, & obiective conditionato, ex quo conditionata contingentis futurum inferatur eius libertatem, & contingentiam, conditionatam componant, nescio qua fronte, & Ledefina contra iuniores suos Dominicanos, & utriusque contra nos hoc argumento secundo vrantur: cum ipsi tam absolutam purificata conditione, quam conditionatam contingentis effectus libertatem, & contingentiam cum ea necessaria connexione conditionis cum illo debeant Catholice in utroque statu admittere, ac diuersimode se illam veritatem habere, atque hæc naturalium, & necessariorum conditionatorum veritas se habeat, si *sol lucet, dies est*. Reliquæ Ledefinae oppositiones à ratione nihil præter prædictorum prolixam repetitionem, & complicationem habent, ut videre in ipso est. fol. 601. col. 2. litt. B. & brevius in nostro Borru. ubi proxime sect. vi. num. 312. col. 2. §. Instat, quo vicio reliquorum Thomistarum nobis aduersantiam instantia laborant: ac proinde otiose hic apponerentur.

7. Quarto opponit Anonymus apud nostrum Annatum: iudicium conditionatum stare nequit cum iudicio absolute de eodem obiecto: equis enim non vecors videns lucere absolute lunam dicat: si *Luna luceret, illam viderem* & tenensue, & legens librum: si *librum tenerem, legerem illum* ergo de his contingentibus, quæ Deus absoluta scientia novit, nequit conditionatam scientiam habere, siue illa in statu conditionato cognoscere: ut probaret obiectio de his solum contingentibus, quæ absolute erunt, probaret; non de innumeris, quorum nunquam purificata, aut purificande conditiones sunt: quare neque ipsa absolute visquam sunt, atque absoluta Dei scientia cognoscuntur. Sed nec de his, quæ absolute sunt, fuerunt, vel erunt, quidquam absolute probat: sed solum scientiam eorum conditionatam absolutam de eodem absolute obiecto non sequi; non autem non præcedere, ut prioritate maioris universalitatis semper, nature vero prioritate sæpe præcedit: quoties nimirum ex conditionata præscientia conditio purificatur, & absolute ponitur, uti ponitur quotiescumque ordine prædestinatio ponitur, atque ex ea contingens absolutum, quod per illam conditionate fore, præsumitur est: exempla vero è re non sunt: quia visio lune, & libri lectio absolute supponuntur à nobis præhaberi nihil prius conditionate de eis obiectis cogitantibus: quare iudicium posterius conditionatum, quia iudicium præcise inutile esset, & ineptum: maxime, quia iam præhaberi desiderium sonat. Ceterum, ut conclusio, & consequentia non ineptum, sed omnino necessarium iudicium illud est: quia ab absolute ad conditionatum necessaria est consequentia, ut diximus sæpe: ergo si teneo librum, lego, vel si luna lucet, illam video. Sicuti, & causalis propositio infertur etiam, quia *luna lucet: illam video, & librum quia teneo, lego*. Reliqua Anonymi argumenta, nihil præter eius de scientia conditionata ignorantiam probant.

8. Eiusmodi illud est: scientia conditionata nihil ponit in re, seu esse, nihilue affirmat, aut negat futurum: ergo neque aliquid in Deo ponit. Antecedens de esse, & futuritione absolute obiecti verum quoad utramque partem est; de conditionato esse, siue futuritione obiecti quoad primam partem etiam: quia illam conditionata scientia non ponit, aut efficit, sed supponit. De cognoscere

H h

sciente

sciente vero falsum omnino est, scientiam conditionatam nihil ponere: maxime in Deo, in quo præter formalem suum effectum ponit prædestinationis perfectissimam providentiam, atque infallibilitatem effectus contingentis, ad quem prædestinatur, cumque eius contingentia, & libertate nostra componit. Tale est etiam illud: de quibuscumque fieri possunt propositiones absolute: Categoricaliter, possunt fieri hypotheticæ, & conditionales: at illæ de rebus omnibus fieri possunt: ergo & conditionales: quod à nostris omnibus merito negatur. Sed quia falsissima est argumenti maior. Cum enim scientia re, nec solo nomine, conditionalis eorum solum, quæ inter possibile & absolute futurum medium statum habent: siue inter absolute necessarium, & absolute liberum, seu absolute existentem contingentem, (quod solum in contingentibus, & liberis, siue immediate, siue mediate ab arbitrio provenientibus actionibus, & effectus habet locum, ut constat ex certam. 1.) de his solummodo vera est maior, ut de quibuscumque fieri propositiones absolute possunt, possunt, & conditionales hypotheticæ fieri, si causæ, & principia, à quibus absolute positis, vel sunt absolute, vel erunt in hypothese, siue suspense ponantur: quod ipsum de eorum omissionibus liberis est. Qui-cumque enim sub vno auxilio consentiens esset, si poneretur, sub aliquo saltem, si daretur, non consentiret, & qui non consentiret sub vno, sub alio consentiret. Id quod mihi certum omnino est: quia cunctis coniunctim sumptis auxiliis eius creatura rationalis resistentia possibilitas eius omnipotentia, & supremo in creaturas omnes, & singulas rationales dominio derogat: creatura vero rationalis omnibus, & singulis cogitationibus in bonum à Deo immutabilibus consensura Dei misericordia, & gratia erga illam detrahit, non parum: atque adeo ex misericordia Dei, & supernaturali dono imprædestinabilem reddit.

9. Nec melioris conditionis tertium aliud Anonymi argumentum. Nihil Deus scire potest, nisi omnes eius causas necessario prærequisitas noverit: ait penitentia Tyrionum, & Sidoniorum, & plurium similiter causas omnes necessario prærequisitas non novit: ergo nec eorum penitentiam sciuit. Minorem probat: quia, quod non est, non scitur: non fuerunt autem signa apud eos facta, neque habita apud ipsos prædicatio, quæ necessariæ causæ penitentia illius ob illa futura à Christo Domino fuerunt præsignatæ. Quidquid de maioris veritate absolute, & formaliter loquendo sit (quo sensu absolute non est vera: qui enim veritatem sola eius extrinseca positione attingit, uti Deus, causarum cognitione non eget, ut eam cognoscat, licet veritas ipsa earum positione egeat, ut consistat) distinguo maiorem convenienter ad statum eius, quod à Deo scitur, fateor: absolute positas nego: & hoc solum modo causæ penitentia Tyrionum posite non sunt, secus in hypothese, & suspense, quo modo ad illius conditionatam futuritionem fuit satis. Et negatur consequentia. Talis demum est illa eiusdem obiectio: scientia conditionalis dicit compositionem particula si denotatam: quæ compositio simplicissima Dei scientia repugnat. Sed eodem argumento negandum Deo iudicium esset: siquidem particula est denotat etiam virtusque extremæ compositionem, & non est divisionem, quæ simplicitati repugnat. Ea tamen compositio, & divisio tota se ex parte obiectorum, & eorum, seu conceptuum nostrorum habet: non autem ex parte diuinæ cognitionis, quæ simplicissima in se cum sit, diuisa quæque representat. Instat: ergo discursus Deus, & discursus nostris discursibus assentitur. Sed nescio, unde inferat: quia discursus, & nomen, & res dicit deductionem vnius cognitionis ex alia, quæ intellectui omniscientia simplicissima diuinæ prorsus repugnat, ut diximus, atque Anonymus iple supponit.



QVÆSTIO III.

An Deus suos etiam liberos ab absolute conditionato cognoscat futuros.

N, suos etiam contingentes ab absolute conditionato cognoscat futuros, Deus cognoscat, quæstionis huius nova materia est, ob speciales in eorum cognitione difficultates adiunctas: & in primis futuritionis etiam conditionatæ nomen nonnullis religionem iniecit: quia futuritionem in ordine ad durationem videtur sonare: quæ in Dei actus liberos ipsi ab æterno coætuos minime cadit. Potuissent vero religionem deponere, vel contingentium creatorum exemplo, in quibus conditionata futurio in ordine ad tempus nusquam est: neque ab illo, nisi per inadvertentiam intelligi potest: cum in præsentibus, & præteritis etiam, locum habeat ea futurio, abstractaque omnino, ut diximus à tempore. Quocirca Bortul. d. 4. sect. vi. §. Respondendo in primis num. 305. supponens eam futuritionem dicere carentiam existentia nunc, & existentiam postea, si conditio ponatur (cum solum pro eo statu contingens ab existentia absolute præcindat, non autem eam, suamque durationem neger solus ex nostris æquivocationem pallus de subiecto non supponente potest, quætionem hanc affimare.

CERTAMEN I.

Notanda, & aliorum sententia.

1. Ora primo, sub hanc quætionem non diuina solum decreta, sed & scientiam diuinam, quæ illa sequeretur, si conditio adhiberetur, ob quam decreta à Deo conciperentur, vel quæ de facto secuta est, quia & conditio de facto adhibita, & decreta fuerunt concepta. V. g. de decreto conferendi gloriam, si adesset penitentia tam peccatori, quem de peccatis penituit, quam peccatori, quem de peccatis non penituit, ac de scientia, quæ, si primum penitiret, esset de decreto, & gloria illa, quam de decreto, cuiusque, & gloriæ scientia, quæ absolute est, quia penituit secundum. Abstrahit quippe conditionata futurio à tempore, & eis, quæ in illo aliquando sunt, ut diximus sæpe: ac proinde eam conditionatam absolutam futuritionem pro aliquo tempore, neque includit, neque excludit.

2. Nota secundo: non agi hic de conditionatis omnibus, in quibus est necessaria à conditione ad conditionatum illatio, v. g. si Deus est ens à se, est æternus: si est Pater, est in diuinis filiis: hæc quippe necessaria veritatis cum sint statum medium inter absolute contingentem, & possibile non habent: quare, et si nomine earum veritatum scientia conditionata sit, re tamen ipsa ad simplicem intelligentiam, sicuti & reliquæ necessariae veritates spectant: quare quæstionis præsentis titulus de conditionatis contingentibus, seu liberis diuinis, quæ nimirum ex sua hypothese, seu conditione non necessario inferuntur, sed oriuntur contingentem, merito inquit, iuxta dicta in simili q. 2. certam.

3. Nota tertio: in conditionatis contingentibus diuinis alia esse, quorum conditio contingentis existentia est: alia, quorum conditio est existentia necessaria. Primi generis conditionata contingentia sunt, quæ creatum aliquid pro conditione habent, ex quo Deus aliquid vel volendum, vel producendum libere moueatur, vel quæ liberam aliquam Dei voluntatem, siue absolutam omnino, siue omnino conditionatam, siue subiective absolutam, & obiective conditionatam, aut liberam aliquam Dei scientiam, ex qua Dei voluntas libere mouetur.